


ANABAPTISMVS.

F. BARTHOLOMAEI DE VSINgen Augustiniani Contra Rebaptizantes.

¶CONFVTATIO EORVM, quæ Lutherus scripsit in Rebaptizantes.



Coloniæ apud Iohannem Gymnicum. M. D. XXIX.


84

ANABAPTISMVS.

F. BARTHOLOMAEI DE VSINgen Augustiniani Contra Rebaptizantes.

¶CONFVTATIO EORVM, quæ Lutherus ſcripſit in Rebaptizantes.



Coloniæ apud Iohannem Gymnicum, M. D. XXIX.

AD LECTOREM.

IN HOC SECVlum noſtrum Pauli uaticinium competere cernimus aperte, Lector pie & cãdide, quo dicit futuros qui ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, auditum autem à ueritatę auertentes, ad fabulas conuertent. Sana doctrina, eſt doctrina eccleſiæ catholicæ, q̃, ut.1.Timo.3 .Dicit et firmamẽtum & colũna eſt ueritatis, quæ tantis ſepta eſt præſidijs, ut penitus nulla uel ui uel arte pertrahi poſſit in errorem.

Sed hęc eſt noſtri tẽporis malitia, ut nil ſtatutum ſit, ſiue ab eccleſia, ſiue patrum comicijs, quod nõ multorum furijs laceretur. Olim tyrãnorum ſeuitia & hæreticorum argutijs quaſſata eſt eccleſia ſancta, nunc autem miris tragœdijs hanc prorſus obliterare & extinguere moliuntur, quorum morſibus nihil non eſt obnoxium, nihil quod non inſignem calumniã ab eis patiatur, qui mobile uulgus, & plebem indoctam concitant, prouocant, & accendunt, ut paſſim maioribus ſuis obſtrepeſcat, reluctetur, & obedire contemnat, etſi rei huius nomen agnoſcere nolint, Cuius uulgi plauſu & manu

fretã

freti, religionẽ syncerã & uere piã explodũt, obedientiã ecclesiasticam tollunt, & mores corruptissimos inuehunt & inducunt.

Quorũ utiq; studia sunt, sycophantijs, strophis, nugis, cõuitijs, calumnijs, & ꝓbris, scripturæ censuram sibi uendicare, & ea ad hũc uti scopum, ut antiquatis ecclesiæ catholicæ decretis, illam ipsam ad primæuam reuocent pueritiã, q̃ facto hæreticis rursus licet capita proferre, his quippe respirandi locus dabitur, ubi Christianæ pueritiæ redierint rudimenta. Tunc etenim Arrhio & Sabellio, Nestorio, Donato, & Manicheo tuto dabitur redire, tunc Valdensibus, Vuiclephistis, Hussitis, Lutheranis & anabaptistis, & id genus hæreticorum portentis tuta erunt omnia.

Quis sathan autem nescio præstigiauerit adeo iam multos, ut tam facile manum præbeant illorum delirijs, quos diximus, qui nugacibus & secũ pugnantibus homunculis poti⁹ credunt, quàm uiris grauib⁹, eruditis, ĩmo sanctis, dei spũ afflatis, qui certe operam oẽm apud illos leuiculos perdiderũt, quando labores & sudores ipsorum reijciunt saluberrimos, & perfidiã leuissimorũ hoĩm ĩmo nebulonum pessimorũ sequunt̃, q eis aures fricant & nequaquã utilia quæ deus docet, sed placentia loquunt̃, creduli quidem facillime eorum, quæ libenter & audiunt & faciunt, qualia sunt mundana & carnalia, quibus non uita, non salus animæ, sed

mors & interitus sequitur, quibus deniq; nõ ad cælum, sed itur ad orcum.

Qui cum ecclesiæ catholicæ cedere nolint, certe nec rationi nec scripturæ recte intellectę dextras unquam prębebunt, quando beato Aug. autore ecclesiæ illius autoritas maior sit, q̃ totius humanæ rationis capacitas, eò q, diuina nitatur releuatione, cui non potest subesse falsitas.

Quapropter illis relictis, tanquam in reprobum sensum traditis, fidelibus loquar, qui omnem intellectum captiuant in obsequiũ Christi iuxta doctrinam apostolicam, & prius scripturæ credunt, quàm illam clare accipiant, sciẽtes scribi. Esa. 7. nisi credideritis nõ intelligetis

Quia autem hoc tẽpore de pycardismo exierunt, quos Anabaptistas uel catabaptistas, ab iterata tinctione uocant, uisum est mihi instructionem quandam catholicam dare simplicib9 pietatem catholicam sequentibus, qua se iuuare possint, tam contra cænepycardos, quã anabaptistas, qui nasum stringunt in doctrinã catholicam, ac suo more & sæuiunt & insolescunt in illam & in alumnos eius.

Tu autem candide lector boni cõsulere uelis operam nostram, in qua si quid erroris commissum uideris, nos homines esse memineris, quorum est humana pati. Paratus quippe sum semper audire ecclesiam sanctam, & eos quorũ interest errantes in uiam ueritatis reducere.

Qua

Qua protestatione humiliter pręmissa ad institutum pergam, cuius hoc sit cap. primum.

CAPVT. I.

EST de lapsu primorum parentum & successionis eorum.

Scribit. Geñ. 2. Deũ formasse hoīem de limo terræ, & spirasse in faciem ei⁹ spiraculum uitæ.

Formauit illum innocentem, quia sine pc̄tō.

Formauit etiam eum rectum, quia sic ordinatum in uiribus suis, ut sensus in eo subesset rationi, & caro spiritui absq; rebellione, nec non spiritus creatori suo, qui dedit illum.

A qua innocentia & rectitudine sua decidit culpa, dicente scriptura. Ecclesiastes. 7. Hoc inueni, ꝙ fecerit deus hominem rectum, & ip̄e se infinitis miscuerit quæstionibus.

Et hoc quidem arbitrij sui libertate, de qua dicitur. Eccī. 15. ꝙ de⁹ ab initio cōstituerit hominem, & reliquerit illum in manu consilij sui.

Non erat autem homini hęc rectitudo à sua natura, sed ex singulari dei dono, quod Doct. catholici originalem uocant iustitiam.

Quam ꝓtoplastus peccando amittens, mox caro ad suam redijt naturam, & cœpit concupiscere aduersus spiritum, de qua concupiscentia ad Gal. 5. loquit̄ apostolus.

Non solum aũt amisit Adam rectitudinem illam pro se, sed etiam pro tota successiōe sua, quā & fecit sui peccati hæredē, q̄ propterea dei incidit irā, & mortua est in illa, dicēte scripta.

 Ad

Ad Ephe.2. Eramus natura filij iræ ſicut & cæteri, hoc eſt naturali generatiõe, qua genera mur ad mortem.

Ad Rho.5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in q̃ omnes peccauerunt.

Et quia deus peccatum primorum parẽtum lege cõmuni omnibus ab his procreatis imputat, ideo peccatum illorum quod in eis erat actuale, in nobis dicitur originale, à quo niſi quis purgetur renaſcendo non ſaluabitur, ſed ira dei remanebit ſuper eum.

Generatio nanq; hominis, qua naturaliter cõcipitur in utero matris, & naſcitur in hunc mũdum, eſt ad mortem perpetuam. Regñatio autem eius, qua gratuite generatur, eſt ad uitam æternam, propter quod dixit Chriſtus Iohã.3. Oportet uos naſci denuo. Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei.

Renatus ſcilicet per donum gratuitum dei, eò φ felicitas æterna ſit ſuper naturam hominis, quare ex ſe homo non adiutus dei dono, minime poterit ad illam pertingere, etiam ſi in rectitudine naturę & in ſtatu innocentię pmãſiſſet, qm̃ ad Rho.6. dicitur. Stipendium pecca ti mors, gratia autem dei uita æterna.

CAPVT. II.

Eſt de dono gratuito, q̃ fit hoĩs renaſcẽtia.

Donum

Donum hoc est gratia gratum faciens, Quia hoc donũ facit hoĩem aliqd esse apđ deum, qui ex sua natura nihil est apud illũ dicẽte scripta. Ad Gal. 6. Si quis existimat se aliquid esse, cũ nihil sit, ipse se seducit.

1. Corin. 15. Gratia dei sum id quod sum (scilicet apud deũ) & gr̃a eius in me uacua non fuit.

Ratione cuius gratia illa gratificans dicitur, qm̃ est lux animæ euacuans tenebras peccatorum in ea, tollitq; iram dei, & reconciliat hominem illi. Diciturq; uestis nuptialis, sine q̃ nemo placet deo, ut ei det gloriam, de qua ueste dicitur Matth. 22. amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem.

Dicitur etiam charitas scilicet infusa iuxta illud, ad Rho. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spm̃ sc̃tm̃ qui datus est nobis. de qua charitate. 1. Corin. 13. Sic loquitur apostol⁹ Paulus.

Si linguis hominum loquar & angelorũ, charitatem autem nõ habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam. Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autẽ non habuero, nihil sum.

De qua charitate sub nomine aquæ mundæ dicitur Ezech. 36. Effundam super uos aquã mũdam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & dabo uobis cor nouum &c.

Nec ſolum gratificat hæc perſonam hominis deo, ſed etiam opus eius bonum, quod facit meritorium gloriæ ſempiternæ, unde dicitur.

1. Corin. 13, Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodeſt.

1. Corin. 15. Gratia eius in me uacua nõ fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, ſcilicet ſolus, ſed gratia dei mecum.

Luc. 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt uobis, dicite ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus.

Quaſi diceret non ex uobis, ſed ex mea gratia facta ueſtra ſunt meritoria. Quia ſine me (hoc eſt ſine gratia mea) nil poteſtis facere. Iohannis. 15. Quod non eſt aliud dicere, quàm, Sine me non poteritis mereri gloriã uitę æternæ. Eo ꝙ ſitis palmites, qui ex uite uitam & fœcunditatem habere dinoſcuntur. Iohan. 15.

CAPVT. III.

EST de modo acquirẽdi donũ renaſcẽtiæ. Scribitur ad Heb. 11. Quod credere oporteat accedentem ad deum.

Accedere autem ad deũ, eſt accedere ad gratiam, in qua & per quã habetur deus. Qua denique quis manet in deo, & deus in eo, dicente ſcriptura. 1. Iohã. 4. Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo, quæ charitas eſt gratia iuxta ſuperius dicta.

Hinc

Hinc dicitur ad Heb.11. Qđ sine fide impossibile sit placere deo, eo ꝙ fide perueniatur ad gratiam, ratione cuius ad Rhom.2. dicitur quod per Christum habeam⁹ accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, scilicet coram deo, & non iacemus in peccato mortali, quod gratia secum non compatitur, sicut nec lux tenebras ratione oppositionis.

Quo liquet iustificationem hominis formaliter, hoc est perse & immediate fieri à gratia, q̃ deus sic iustificat illum. Et fidem disponere ad illius gratiæ consecutionem, quare fides non nisi dispositiue & antecedenter dicitur iustificare, propter quod dicit scriptura.

Ad Rho.3. Iustitia dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eũ.

Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem ꝓposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius. &c. Cuius sanguinis fusione, Christ⁹ meruit nobis gratiam illam iustificantem & gratum facientem.

Ad Ephe.2. Deus qui diues est in misericordia propter nimiã charitatem suam, qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati.

Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis, dei enim donum est. Non ex operib⁹, ne quis glorietur.

Ad Titum.3. Non ex operibus iustitiæ est q̃

fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regñationis & renouationis spiritussancti, quem effudit in nos abunde, per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius hæredes simus secundum spem uitæ æternæ.

Non cadit propterea gratia illa iustificans sub merito nostro, aliâs gratia non esset gratia, ut tradit apostol⁹ ad Rho. 11. sed sub merito Christi, qui sua passione nobis meruit illam apud deum. Ratione cuius suo sanguine dicitur nos lauisse à pctīs nrīs, eo ꝙ illi⁹ fusiōe meruit nobis grām mundantē & reconciliantem deo.

Sic dicitur ad Heb. 9. De Christo ab apostolo Paulo. Qd' non per sanguinem hircorum & uitulorum, sed per proprium sanguinē introiuit semel in sancta, æterna redemptiōe inuēta.

Et iterum. Si enim sanguis hircorum aut taurorum, & cinis uitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spm̄ sctm̄ semetipm obtulit immaculatum deo, emundauit consciētiam nostram ab operibus mortuis &c.

CAPVT. IIII.

EST de reuelatiōe fidei, in mediatorē dei & hominum, qua fide, tanq̄ medio, peruenitur ad donum renascentię.

Scribit̃ ad Rho. 10. Fidē eē ex auditu, audit⁹ aūt p uerbū Christi, quare per reuelationem dei est fides, quæ reuelat̃ uerbo eius.

Quia

Quãdoquidẽ deus uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. 1. Timo. 2. Et hoc non contingit sine fide, ideo oportuit & congruũ fuit, ut hãc ipse reuelaret.

Reuelauit autem eam fidem ꝓ tempore triplicis legis. Primo.

Pro tempore legis naturæ, quando dixit. Genesis. 3. serpenti de muliere. Ipsa conteret caput tuum, hoc est, pariet eum, qui te tua exuet potestate, quam accepisti in hominem propter eius peccatum.

Hæc dicta sunt primis parentibus in consolationem, ne desperarent propter peccatum suũ, qui ĩdubie illuminati sunt interne à deo ad suorum uerborum intellectum. Et credẽtes illi cõpuncti sunt de peccato, ac dolendo & conterẽdo consecuti sunt misericordiam & gratiã dei, qua ira illius ablata est ab eis.

Non potuit autem pura creatura conterere caput serpentis antiqui, ideo oportuit incarnari filium dei, qui hoc faceret, satis faciendo diuinæ iustitiæ per peccatum læsæ.

Item clarius Geñ. 22. Hæc reuelatio facta est quando dicitur Abrahæ.

In semine tuo benedicẽtur omnes gentes terræ, quia obedisti uoci meæ. Quod semen apostolus ad Gal. 3. exponit Christum, in quo solo poterat hæc benedictio fieri, quãdo reliqui homines erant omnes maledicti in Adam, in quo omnes peccauerunt. Secundo.

Pro

Pro tempore legis scriptæ, hoc est Mosaicę, quando dixit Moisi. Deut. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similē tui, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturq́ ad eos omnia, quæ precepero illi. Qui autem uerba ei⁹, quæ loquetur in nomine meo, audire no luerit, ego ultor existam.

Hāc scripturam intelligi de Christo satis claret per illud Ioh. 6. Hic est uere propheta, q uēturus est in mundum. Sic enim testabatur populus, quando uiderat signum, quod fecit Iesus in quinq; panibus, & in piscibus duobus.

Prophetarum autem oracula de Christo uēturo breuitatis gratia transeo, quia multa sunt & facile legenti cuilibet obuia.

Tertio.

Pro tempore legis gratiæ & euangelicæ, qn̄ dictum est. Ioh. 1. Et uerbum caro factum est, q. d. quod patribus promissum est, & oraculis ꝓphetarum declaratum, hoc nunc completum ē, unde sequitur, lex per Moisen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est.

Quare Christus de se ipso loquens. Ioh. 5. ait.

Pater diligit filium & omnia dedit in manu eius, qui credit in filium, habet uitam ęternam, qui autem incredulus est filio, nō uidebit uitā, sed ira dei manet super eum.

Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut om̄e qui credit in eum, nō pereat, sed habeat uitam ęternam.

Non

Non misit deus filiũ suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur, qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine unigeniti filij dei, de quo & nomine eiꝰ dicitur. Act.4. à bc. Petro. Qđ nõ sit in aliquo alio salus, Et quod non sit aliud nomen sub cœlo datum hominibꝰ in quo oporteat nos saluos fieri, scilicet si uoluerimus saluari.

Sicut Moises exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnes qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitã æternam.

De quo Christo etiam alibi loquitur scriptura apud apostolum dicens. Ad Titum.2. Quod dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum.

Et.1.Timo.2. Vnus enim deus, unus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionẽ semetipsum pro oĩbus.

Vnicus est ergo mediator redẽptionis Christus, qui potuit genus humanum reconciliare deo. Nulla quippe creatura pura hoc potuit, eo ꝙ deus pater offensus peccato hominis primi noluit placari, nisi sibi ęquiualens redderetur, quod æque uel plus placeret sibi, quàm displicuit peccatũ, quod cum nulla pura creatura posset illi præstare, misit ex sua misericordia filium suum incarnari, qui hoc faceret, tanquam

homo,

homo, quia homo peccauit. Is etem̃ potuit, & libenter fecit.

Qui filius obediendo patri, in prędicando ueritatem quę tunc dicenda erat usq; ad mortem, & offerendo mortem hanc & obediẽtiam pr̃i, pro redemptione generis humani, exaudit⁹ est pro sua reuerentia, & impetrauit ei gratiã, qua aufertur ira dei, & reconciliatur peccator ipse deo creatori suo.

Et ob intuitum passionis Christi pręuisæ, data est gratia reconcilians & gratum faciens tẽpore legis naturæ & scriptæ, ratione cuius agnus dei, ut habet apostolus, ab initio mundi dicitur occisus, secundum præuisionem scilicet & dei patris ordinationem. In tempore autem legis gratiæ datur ob intuitũ illius passionis exhibitæ. de cuius uoluntaria susceptione à Christo dicitur Esa. 53. Oblatus est quia ipse uoluit, & non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionẽ ducetur, & quasi agnus corã tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Ipse uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, posuit domin⁹ in eo iniquitatem omnium nostrum, cuius liuore sanati sumus. &c.

Quibus consonant, quæ in prima canonica Petri scribuntur.

1. Pet. 1 Nõ corruptibilib⁹ auro uel argẽto redẽpti estis, sed precioso sanguine agni incontaminati & ĩmaculati, ꝓcogniti quidẽ añ mũdi cõ-

stitu

ſtitutionē,manifeſtati autē nouiſſ.tēporibus,ꝓ pter uos q per ipſum fideles eſtis in deo.

1.Petri.2.Chr̄us paſſus eſt ꝓ nobis,qui pc̄tm̄ nō fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius. Tra debat autem ſe iudicāti, iniuſte,qui peccata no ſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignū, ut peccatis mortui iuſtitiæ uiuamus.

C A P V T. V.

Eſt de ordinatiōe dei ꝓ cōſequēdo renaſcē tiæ dono p fidē,ꝓ tēpore legis naturę, q̊d incepit ab Adam uſq; ad Abraham.

Scribitur ad Rho.13,Quæ à deo ſunt,ordina ta eſſe, cuius ſapientia:ut Sap.8.dicitur: attingit à fine uſq; ad finē fortiter,& diſponit omnia ſuauit̄,qa oīa in mēſura,nūero, & pōdere Sap. 11.Quare inſtituit quædā ſigna ſenſibilia,quę ſacramenta uocant̄,quibus fidē mediatoris homines ꝓteſtantes,donum & gratiā renaſcentię cō gruo ordine conſequerentur.

Quæ ſacramenta fontes ſaluatoris ideo uocantur,q̄ ex illis tanq̄ ex fontibus hauriatur aqua uiua & ſalutifera, quæ mundat hominē ab omnibus inquinamentis ſuis,dicente ſcriptura.

Eſa.12.Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ ſaluatoris.Ioh.4.Si ſcires donū dei, & qs eſt, q dicit tibi, da mihi bibere,tu forſitan petiſſes ab eo,& dediſſet tibi aquam uiuam.

Qui biberit ex hac aqua,quā ego dabo,nō ſitiet inæternnm,ſed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam.

Quæ

Quæ sunt uerba Christi ad mulierculam circa fontem.

Sed qa de' diues est in misericordia, ad Eph. 2. Et diues in omnes, qui inuocant illũ. Ad Rhoma. 10. Nec non medicus unicus humani generis, ideo pro nullo tempore reliquit hominem natum in hunc mundum in maligno positũ absq; remedio & medicina salutari, eo q uelit oẽs homines saluos fieri. 1. Timo. 2. qui tamẽ saluari nequeant sine eius gratia, q̃ recõciliatur peccator deo.

Quare pro tempore legis naturę, ordinauit deus sacrificia & oblationes in sacramenta expiationis ab originali delicto.

Quod in adultis usum rationis habentib' tollebatur per fidem mediatoris propriam, quando inprotestationem illius fiebat oblatio uel sacrificium deo. In infantibus autem tollebatur per fidem parentum uel aliorum, quam illi ꝓtestabantur sacrificio uel oblatione.

Sic factum tradunt doctores catholici. Nec refert hęc in scriptura canonica non haberi, qa hæc se circa legẽ naturæ paucis ac breuiter expedit. Nec omnia credenda, scripta sunt in illa, nec omnia quæ pertinent ad doctrinam catholicam & salutarem.

Nemo enim ambigere habet, qn omnia Christi facta multum salutaria fuerint eo q diuina sapiẽtia nihil frustra nihilq; ociose fecerit. Oĩa ꝓpterea quæ fecit, in salutem & ꝑfectum hoĩs

ordinauit,

ordinauit,& tamen non omnia eius facta sunt scripta,iuxta id Ioh. ultimo. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus,quæ si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundũ capere posse eos,qui scribendi sunt libros.

Videant propterea nostri temporis Lutherani cum bis tinctis,qui nil recipiunt extra scripturam. Sed abijciunt omnes doctores catholicos,qui post apostolos & euangelistas scripserunt, quos tamẽ Christus dedit ecclesię suę,ad Ephe.4.in edificationem &c.

Nec mirum,quod illos abijciũt, cũ etiã ecclesiam catholicã abijciant, quam tamẽ fide apostolica credimus sanctam.

Et quia apostolus.1. Timo.3. Dicit ecclesiam illam esse columnam & firmamẽtum ueritatis sequitur mendaces esse omnes,qui eius contra dicunt doctrinæ,quos & be. Petrus.2.Pet.2.uocat magistros mendaces,quando ait.

Sicut fuerunt pseudoprophetæ in populo (scilicet Iudaico) sic & in uobis erunt magistri mendaces,qui introducent sectas perditionis,& multi sequentur eorum luxurias, p quos uia ueritatis blasphemabitur,& in auaritia fictis uerbis de uobis negociabuntur,quibus iudicium iam olim non cessat,& perditio eorum non dormitat.

B.autem Paulus illos uocat pseudoapostolos,& operarios subdolos,qui se transfigurent in apostolos Christi. Et non mirum ut ait , qa

ſathanas ipſe transfigurat ſe in angelum lucis.
Non ergo magnum eſt: ut inquit: ſi miniſtri eiꝰ transfigurent uelut miniſtri iuſtitiæ, quorũ finis erit ſecundum opera ipſorum.

Et ſi portę inferi nõ pręualebunt aliqñ huic eccleſiæ, iuxta Chriſti promiſſionem Matt. 16. factam. Nec illi pręualebunt ei. Quamuis & ipſi dici poſſint portæ illæ, eo q, per eos, tanquã p portas, multi deſcendant ad inferos, quibus ſua impietate & pfidia imponunt, abducẽdo illos ab unitate eccleſiæ catholicę, & à ueritate fidei ortodoxæ & uitæ ueræ piæ & chriſtianæ.

Quod credere iã uolentes, & doctrinã catholicam ridentes & pſequentes, periculum faciẽt in orco, quo iam multa millia præceſſerũt, quorum oculi aperiuntur in pœnis, qui dum uiuerent claudebantur in culpis, ibi ad Rhadamantis tribunal uelint nolint ueritatem fateri cogentur.

CAPVT. .VI.

EST de tempore legis ſcriptę, hoc eſt Moſaicæ quod in circunciſione ſumpſit exordiũ, ſed tẽpore Moiſi, qñ populus legalis fuit congregatus, lata eſt lex per Moiſen cõplete, qui repetiuit circunciſionẽ patribus datam. Scribitur Geñ. 17. Maſculus cuius pręputij caro circunciſa nõ fuerit, delebitur anima illa de populo. Legitur autem circunciſio legalis data ad duo populo legali.

Primo.

In ſignum

In signũ pacti seu fœderis dei cũ illo, ut esset populus peculiaris dei, iuxta id Geñ.17. Hoc est pactũ meũ quod obseruabitis inter me & uos, circuncidetur ex uobis om̃e masculinum, & circuncidetis carnẽ præputij uestri, ut sit in signũ inter me & uos.

Sic Abraham circuncisus est primus, qui tñ iustificatus fuit ante circuncisionem per fidem more legis naturę, quare circuncisio non abstulit illi peccatum, sed auxit ei gratiam.

Similit̃ Hieremias & Ioh. baptista, sanctificati in utero materno sic iustificati sunt ante circuncisionẽ, in qua augmentũ gratiæ receperũt. Et Christus sic circuncisus est, ut p omnia similis esset fratribus absq; peccato, qui nõ uenit solvere legẽ, sed adimplere. Mat.5. Et fact⁹ est sub lege, ut eos q sub lege erant redimeret. ad Gal. 4. Verũtamẽ circuncisiõe sua nõ accepit augmẽtũ gratię, quia in sua conceptione plenitudinẽ gratiæ accepit, quæ non est aucta in eo, de cui⁹ plenitudine accepimus omnes. Ioh.1.

Secundo.

In remediũ cõtra originale pct̃m, iuxta illud supra dictum Geñ.17. Masculus cuius prępputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, qa pactũ meum (dicit dominus) irritum fecit. Et istis duob⁹ modis circuncisum est semen Abrahæ dicente scriptura. Geñ.17. Dixit deus ad Abraham. Statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in

genera communibus suis, tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te.

Qui ergo in orginali delicto circuncisi sunt in protestationem fidei mediatoris, ab originali macula expiati sunt.

Quia circuncisio inter sacramenta legis scriptæ, quæ lex uetus dicitur, gratiam iustificantem contulit ex ope operato recte sicut sacramenta nouæ legis, sed cælum ante Christi passionem non aperuit, quia precium redemptionis nondum solutum fuit.

Reliqua uero sacramenta ueteris legis, non contulerũt gratiam ex opere operato, hoc est ex ui sacramenti, sed bene ex opere operante, hoc est dispositiue, & per modum meriti de cõgruo.

Quod sic ostẽditur. quia gratia iustificatiua est eius cui confertur, si prius erat iniustus, qa de filio iræ & carceris, facit filium regni, autore c. August. sed sacramentis ueteris legis, dempta circuncisione nemo iustificabatur, dicente apl'o ad Rhom. 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.

Tradunt aũt doct. catholici sacramenta & ceremonias ueteris legis, imposita fuisse Iudęis in seruitutem, in signum quoqꝫ futurorũ, & in onus tanquam populo durę ceruicis. Qui autem ex charitate onus hoc subierunt, per actum obedientię seruando diuinũ p̃ceptum meruerũt.

B. autẽ Augu. d. ceremonias istas duris & superbis

perbis fuiſſe in flagellum & in onus, ne ad idolatriam declinarent ex ocio. Deus enim potius ſibi hæc offerri uoluit, quam idolis & dęmonibus. Paruulis autem erãt in pædagogum, ut erudirentur in eis ſeruire deo. At perfectis erãt in ſignum futurorum bonorum, noui ſcilicet teſtamenti, ut ſatis ad Heb. proſeqtur apoſtolus.

Erat ergo: ut ſummarie dicam: circũciſio noſtra ad ſalutem maſculis de domo Abrahæ, niſi excuſaret impoſſibilitas aut diſpẽſatio dei ſpecialis.

Dicitur maſculis. quia femellæ purgabantur ab originali delicto per fidem mediatoris, dũ proteſtatio illius fiebat per ſacrificium uel oblationem more legis naturę.

Dicitur de domo Abrahæ, de qua erant oẽs qui permanſerunt in fide Abrahæ, & qui receperũt legem Moiſi.

Quare filij Iſmael & Eſau circunciſorum, nõ tenebantur ad circunſionem, ſaluabantur aut ex illis, ſi qui ſaluati ſunt, ut de Iob credit̃, more legis naturæ. Omnes autem de Iacob deſcendentes, tenebantur ad legem circunciſionis, qa omnibus illis promiſſio facta eſt terræ promiſſionis, & omnibus data eſt lex Moiſi.

Dicitur. Niſi excuſaret impoſſibilitas, ſcilicet parendi pręcepto circunciſionis octauo die fiendæ, propter maſculos ante diem octauum uita functos, qui in fide parentum ſaluati ſunt more legis naturæ.

Prçceptum enim circuncisionis non obligabat ante octauum diem, Nec debebat anticipari etiam morte propinquante, ne illam accelera-ret. Neglecti tñ octaua die circuncidi poterant & debebant postea circuncidi, ut patet de circũ cisis à Iosue.

Dicitur aut dispẽsatio dei specialis, propter filios Israel genitos in deserto, qui non erant circuncisi donec transirent Iordanem propter dei dispensationem. Interea autem si qui mortui fuerant, in deserto saluati sunt in fide parentum, more legis naturæ iuxta prius dicta.

CAPVT. VII.

EST de tempore legis gratiæ & euangelicæ.

Quod tempus incepit in Iohanne baptista, dicente Christo Matt.11. à diebus Iohan. baptistæ usq; nunc, regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud, omnes enim prophetæ & lex usq; ad Iohannem ꝓphetauerunt.

Scribitur Iohã.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnum dei. Quibus uerbis insinuatur grã baptismi à baptismo Iohan. Quia.

Baptismus Iohan.

Erat in aqua tantum, & non in spiritu sancto, q̃m gratiam iustificantem non contulit, sed fiebat in aqua in præparationem ad baptismum Christi, iuxta scripturam quç dicit.

Mat.3. Ego baptizo uos in aqua in pœnitentiam

tiam qui post me uenturus est, baptizabit in spi ritu sancto.

Iohan. 1. Ego baptizo in aqua, medius autem uestrum stetit &c. & hic est, qui baptizat in spi ritu sancto.

Quibus patet baptismum Iohan. non fuisse sacramentalem.

Baptismus Christi.

Sacramentalis est, quia confert gratiam iustificantem, & induit hominem Christo, dicente apostolo ad Gal. 3. Quicunq; in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis.

Datur autem & accipitur sacramētum hoc in ꝓtestationem fidei mediatoris, sicut in lege naturæ, & scripta fiebat. Discrimen tamē est inter infantes & adultos, hoc sacramentum recipientes.

Infantes,

Qui nondū rōnis usum habent, non possunt protestationem illam facere in persona ꝓpria. Quare patrini illorum loco faciunt. Nec propriam fidem habent, quæ est ex auditu per uerbum Christi ad Rho. 10. Hinc est ꝙ baptizari dicuntur in fide ecclesiæ, quā patrini ipsorum loco profitentur, antequam baptizentur.

Adulti

Vsum ratiōis habētes, protestationem illam facere tenent̄ in ꝑsona ꝓpria. Quia propriam fidē habēt, quę est ex auditu per uerbum Christi, nisi fuerint ficti. Quare hanc profiteri ore

proprio tenentur. Corde nanq;, ut ad Rho. 10. dicitur, creditur ad iustitiam, confessio autem oris fit ad salutem.

Et hac fide propria credere tenentur, quod ecclesia credit catholica, quæ sola fidem habet ueram & salutarem, & nulla alia.

De illis adultis dicitur. Mat. ultim. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spirituss. docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui uobis, quoniam hi sunt capaces fidei, quæ est ex auditu per uerbum Christi. Sũt etiã capaces doctrinę Christi.

Sic pariter dicitur Marci ultimo, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, & hoc si etiam mandata dei seruauerit, ut Matthæus ubi supra explicat, & Chr̃us Matth. 19. confirmat, qñ dicit. Si uis ad uitam ingredi serua mãdata.

Cuius hęc est ratio. Quia fides adulti in baptismo uiuificatur, eo ꝙ in illo detur gratia uiuificans, quæ est charitas infusa, iuxta superius dicta. Quę fides nisi habuerit opera, scilicet mãdatorum dei, non perducit ad salutem. d. apostolo ad Gal. 5. In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; preputium, sed fides quę per charitatem operatur. Ociosa etenim fides nihil est apud deum.

Quare dicitur Iacobi. 2. fidem absq; operib⁹ esse mortuam, quia dum opera negliguntur ꝑ loco & tempore quo fieri debent, subtrahit̃ charitas, qua subtracta moritur fides. Non ꝙ am-

pli⁹

plius non ſit,ſed quia meritoria eſſe ceſſat.

Moritur ergo non quo ad eſſe,ſed quo ad meritorium eſſe. Qm̄ fidelis per peccatum mortale,ut per fornicationem, uel per aliud,amittit gratiam,quia hæc non ſtat cum peccato mortali,ſicut nec lux cū tenebris,ſed non amittit fidē credibilium, quia credit poſt quod antea crediderat.

Et per pœnitentiam recuperare poteſt gratiam amiſſam, quæ pœnitentia locum dūtaxat habet in eccleſia catholica,quæ intratur per fidem,& non exitur niſi per infidelitatem. Quā fidem quis profitetur in baptiſmo, qui ideo ianua dicitur in eccleſiam, & in uineam domini, in qua laboratur pro denario diurno. Matt. 20

Hinc dicit ſcriptura. 1. Corin. 13.

Si habuero omnem fidem,ita ut montes trāsferam, charitatem autem non habuero,nihil ſum,ſcilicet apud deum.

Et ſi diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum,charitatem autem non habuero nihil mihi prodeſt,ſcilicet ad meritum gloriæ. Quia charitas illa uiuificat,& eſt radix merendi,diuiditq́ʒ inter filios carceris & regni.

Sed diceres,quæ eſt fides eccleſiæ, in qua fit baptizatio? Eſt ne in mediatorē credendo illum eſſe deum & hominem & ſaluatorem mundi? Reſpondentur utiqʒ,quia fides illa includit credulitatem omnium credibilium pertinentium ad ſalutis conſecutionem.

Sunt autẽ credibilia talia, Primo. Omnes ueritates theologicæ, canone ſcripturæ ſacræ cõtentę, & q̃ ex illis ſequuntur in conſequẽtia bona & neceſſaria.

Secundo. Omnes articuli fidei catholicę, cũ ſequentibus ex his in bona & neceſſaria illatione.

Tertio. Omnia quæ habet eccleſia catholica per apoſtolorum reuelationẽ & traditionẽ nõ ſcripta in canone bibliæ.

Quarto Quæcunq; definiuit & concluſit credenda concilium generale & plenarium, legittime in ſpiritu ſancto congregatũ & procedẽs, quod catholicam, hoc eſt, uñem eccleſiam repreſentat, quã & in uẽtre portare dicit, ſicut ſenat⁹ alicuius ciuitatis totam communitatem, cuius nomine & agere dicitur.

Hæc certe oĩa fidelis credere habet expreſſe uel implicite, plura tñ docti & ſapiẽtes credere tenent explicite, quàm rudes & ſimplices, quilibet iuxta capacitatem & ſtatũ ſuum, de qua re fuſius alibi & ſignanter in libello de fide & gratia ac operibus.

CAPVT. VIII.

EST de non iterando baptiſmate Chriſti, & generaliter de omnibus ſacramentis, ut uideatur quæ iterabilia ſint nec ne.

Septem eſſe ſacramenta nouę legis in ſcriptura fundatum eſt, quæ etiam ſi non haberet, uſus eccleſiæ catholicę, q̃ columna & firmamẽ-

tum

tum est ueritatis, apostolo autore, & à spiritu sancto illuminatur & regitur, satis numerũ illũ probaret. Cui qui obloquitur, se impium esse ipse declarat, quia antiquam ueritatem in nouellam trahit disputatiõem, & ueritatem agnitam impugnat, q̊d est peccare in spm̃ ueritatis.

Nec solum sacramẽta censenda sunt, quæ habent promissionem in scriptura, ut Lutheranis uidetur, Quia sacramentũ non à promissione sacramentum est, sed à sua diffinitione, ab institutiõe quoq; Christi & nõ ab alio, ut late patet in libello nostro de sacramentis.

Est autẽ differẽtia hęc inter illa septem sacramenta, quantũ hic sufficit. Quia duo ex eis cõferunt primã gratiã, quæ iustificat, baptism⁹ scilicet & pœnitẽtia. Baptismus enim dat gratiã primarie & principalius culpam originalẽ auferentem, & ex consequẽti etiam culpam actualem, si quæ fuerit apud baptizatum.
Quæ gratia si amittitur peccato mortali actuali, non recuperatur nisi pœnitentia, propter q̊d Christus Iudæis circuncisione renatis dixit Lucæ. 13. Nisi pœnitentiam habueritis sir̃ oẽs peribitis. quod etiam dicit christianis, post baptismum in mortale peccatum relapsis, quia idem de utrisq; est iudicium.

Hinc pœnitentia secunda dicitur tabula post naufragium, ut tradit be. Hieronymus, & ut habet doctrina catholica.

Reliqua autẽ quinq; sacramẽta primã grãm

augent,

augent, dum hõ existens in gratia prima utit̃ il lis. Quare non iustificant sed iustum iustiorem reddunt, iuxta illud Apoc. ultimo. Qui in sordibus est sordescat adhuc, & qui iustus est iusti ficetur ad huc, hoc est ampli⁹ & magis per augmentum scilicet gratiæ.

Est & alia differẽtia int̃ illa sacramẽta. Quia quatuor ex eis sunt iterabilia, scilicet, eucharistia, pœnitentia, matrimonium, & extrema unctio, Quia hæc non imprimunt characterẽ indelibilem sicut reliqua tria faciunt, baptismus scilicet, confirmatio, & ordo, quæ dñr initerabi lia, quia iterari nec debent nec uere possunt, q̊ ad effectum sacramentalem.

Est autem hic sciendum, characterem hunc poni ex autoritate ecclesiæ, & ratione persuasi ua, non autem euidenti scripturæ autoritate.

Autoritas.

Ecclesię habetur de baptismo & eius effectu. .C. maiores, ubi Innocentius tertius. d. qui ficte accedit ad baptismũ, characterem recipit Chri stianitatis, Et subdens ait, tunc characterem sa cramentalem inprimit operatio, cum obicem uoluntatis contrariæ non inuenerit obsistentẽ.

Quare dicit be. Aug. in epistolam ad Maxi. & habetur de consec. dis. 4. Rebaptizare hęreti cum, qui hæc sanctæ trinitatis signa suscepit, q̃ Christiana tradit disciplina, omnino peccatum est. rebaptizare autem catholicum, immanissimum est scelus. Quapropter rebaptizatoni illi

statuta

15

statuta est pœna tam canonica quàm ciuilis, atque in utroque iure.

Ratio.

Persuasiua est. Quia congruit, ut receptus in familiam Christi distinguatur à non recepto, per aliquod intrinsecum permanẽs in eo quod est, & dicitur character christianitatis etc. eo quod per baptismum quis ingrediatur Christianismum, & accipit signum militiæ Christianæ.

Lotio secunda.

Verũ tamen est, Lotionem illam secundam, cum debita uerborum forma & intentione baptizãdi, nõ eẽ uere & simplicit baptismum, sed duntaxat analogice, quemadmodum mortuus uel pictus homo dicitur homo.

Quia lotio illa nõ significat ex diuina institiõe efficaciter ablutiõem animæ à pctõ, qa nõ instituit lotionem secundam, ad significandum talem ablutionem efficaciter quam nunquam efficit.

Etiam subiecto qualitercunque disposito, quia nihil confert rebaptizato, siue sciat siue ignoret se rebaptizari, quia nec characterem imprimit, nec rem sacramenti quæ est gratia confert, Quare etiã nec sacramentum est hæc secunda lotio.

Est tñ sic sciendum characteris impressio non esse causam principalem initerabilis baptismi, sed diuinam institutionem.

Prior pars.

Pa

Patet, quia characteris impressio est effectus minus principalis baptismi, infusio autem gratiæ effectus principalis, Quæ gratia etiam infundi potest absq; charactere, ut claret in baptismo uel flaminis, uel sanguinis, ut tradunt doctores catholici.

Posterior pars.

Patet, quia qui instituit sacramenta, eo modo instituit quo uoluit, nec alia diuinæ uoluntatis causa quærenda est, ut tradit be. August. in. 3. de tri. Fuit tñ hæc institutio rationabilis ex morbo, contra quem est facta, quia principaliter cõtra originale peccatum, quod non est nisi unicum, quod, quia iterari non potest, ideo nec remedium reiterari debet.

Potest etiam rationabilitas illius institutionis aliunde sumi, & quidem ex tribus.

Primo.

Ex fine ad quẽ est, quæ est plenaria remissio culpæ & pœnæ, quæ si crebro haberi posset, per tam leue remedium, esset magnum delinquendi incentiuum. Secus de pœnitentia, quæ nõ est leuis ut deleat utrunq;, quia ad hanc magn⁹ exigitur labor & digna satisfactio.

Secundo.

Ex ꝓpria rõne baptismi, per quem tanquam ꝑ ianuã intratur in legẽ Christianã, & asscribitur quispiã familiæ Christi, fitq; membrũ ecclesiæ militãtis. Intrat quoq; uineam dñi, ut in illa laboret ꝓ denario diurno. Matt. 20. Quare nõ debet

bet iterari & innouari,quia qui semel intrauit ecclesiã per fidem,cuius protestatio fit in baptismate semp remanet in eadem, & remanet uis misericordiæ,nisi à fide recesserit.

In ecclesia nãq;,si qs peccauerit,pœnitẽtia recõciliari poterit deo,quæ locũ in illa habet, & nõ extra,Qm̃ in illa,auro loc⁹ est,in q̃ conflctur & purgetur,& non extra,ut tradit be.Gre. sup Iob in moralibus suis. Tertio.

Ex sacramenti significatione,quã be. Augu. explicat ex apostolo.Quia p baptismũ cõmori mur Christo cõsepelimur & conresurgim⁹, ad Rho.6.Christus autem semel mortuus est,amplius nõ moritur,& semel resurrexit, igitur & nos semel mori debemus peccato, & resurgere ad nouitatem uitę, quod fit ĩ baptismate,iuxta suã significationẽ. Si autẽ contigerit quẽ rursu mori ĩ uita noua,p peccatũ mortale, resurgere nõ põt nisi pœnitẽtia,q̃ p⁹ naufragiũ est secũda

Quare dicit apl'us,ad Heb.6. Illos (tabula. q semel illũiati sunt(scil.p baptismũ, q̃d ẽ sacramẽtũ fidei cui⁹ ẽ illũiare)& ꝑ lapsi sunt,impossibile est rursus renouari,sci.iterãdo baptismũ, q est sacramẽtũ renouatiõis & regñationis, ad Titũ.3.Dicit aũt be.Aug.ĩ de uera et falsa pœnitẽtia.Apl'm loq de illũiatione p baptismũ cõtra eos,q mẽtiebãt pœnitẽtiã iterari nõ posse post (baptismũ.

Quidã aũt,de iudaismo cõuersi ad Chr̃ianismũ,putabant baptisma Chr̃i posse crebro iterari circa eundem hominẽ ad delendum

dum eius peccata, ficut apud Iudæos ablutiões & baptiſmata frequentabantur, & hos apoſto-lus dicit Chriſtũ rurſus crucifigere ſibi, & oſtẽ-tui habere, quia in baptiſmate iuxta prædicta configuramur morti & ſepulturæ Chriſti. Quare dicentes baptiſmũ reiterari, dicunt quodam modo mortẽ Chriſti iterabilẽ, & ſic deridẽt eã.

Inuectio in cænopycardos.

Rident hic Lutherani, cænopycardi, & Huſ-ſo pycardi, characterẽ baptiſmalẽ, & ſeptenari um ſcrãmẽtorũ numerꝝ, q̊d uere piũ mouere nõ debet, quid em̃ illi nõ ridẽt, q̊d cõſonat doctri-næ catholicæ, cui laqueum miſerunt? Nec mirũ cum, & eccleſiæ catholicæ medium unguem oſtenderunt, ut ſuam coprotinam hoc eſt ſterco rariam ſtatuerent.

Et quis niſi impius dubitabit doctrinam ec-cleſiæ catholicæ eſſe doctrinam Chriſti? de qua Io. in ſecunda canonica ſua. 4. Quia omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti deum non habet, ſi quis autem uenit ad uos, & hanc doctrinam nõ affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim dicit illi, aue, communicat operibus eius malignis, & quid clarius uerbis illis? &c.

Non debent propterea fideles curare, quid ſal infatuatum rideat. Et hoc Chriſto autore Matt. 5. ad nihilum ultra ualet, niſi ut foras mit tatur, & cõculcetur ab hominibus, hoc eſt am-plius audiri non debet ab illis, quia à doctrina

catholica

catholica recessit, & doctrinis uarijs & peregrinis intendit & adhæret. A quibus cauendũ hortatur apostolus, quando ad Hebræ. 13. dicit. Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci.

Et quæ sunt doctrinæ uariæ? nisi hæreticorũ, qui inter se uariant & dissonãt, & crebro idẽ à seipso dissentit, ut est iam uidere in Luthero, q̃ quam uarius sit, sua scripta docent. nec illi hoc tacuit Coclæus, qui ei illud ad oculum satis superq́ue õndit una cũ alijs uiris doctis & multis.

Perigrinę autem sunt, quę aliæ sunt à doctrina catholica, quæ una est quo ad fidem, & uitã uere christianam, ad cuius unitatem hortatur apostolus quando. 1. Corin. 1. dicit. Obsecro uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis scismata. Sitis aut perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia, scilicet sanctorum, quæ est scientia rectæ fidei & uitæ.

CAPVT. IX,

EST de ficte accedentibus ad baptismum Christi.

Scribitur Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinę effugiet fictum. Circa quod notandum, homines ratione utentes, & ad baptismũ Christi accedentes duplices esse.

Quidam sunt non ficti, ut qui foris prætendunt quod intus habent, & hi characterem recipiunt & rem sacramenti, quæ est gratia.

Alij autem sunt ficti, ut qui aliud pretendũt

foris,& aliud habent intus. Et hi sunt in dupli-ci genere.

Primi sunt qui ostendunt foris se uelle baptismum suscipere, eo modo, quo ecclesia dare intendit, & tamen contrarium habent intus in anima. Et hi nec characterem, nec rē sacramēti accipiunt. Quia secundum be. Augu. Nemo ex aqua & spiritu renascetur, nisi uolens, quod de adultis accipitur.

Est autem ad hoc ratio. Quia per baptismū homo intrat uineam domini, hoc est ecclesiam militātem, et asscribitur cœtui fidelium. Sed nō uult deus aliquem inuitum asscribi familiæ & militiæ suæ. Nec etiam mittit illum in uineam suam laborare pro denario diurno.

Nec refert an sola mente quis dissentiat, uel an uoce dissensum exprimat. Quia si mente dissentit, & uoce mentitur se consentire, nihil recipit nisi aquā. Quia deus intuetur cor, homo autem uidet quæ apparent. 1. Regum. 16.

Quare recedente fictione illa rebaptizandus est iste, eo quod prior baptismus fuerit nullus. Si uero quis compulsus metu pœnæ uł mortis recepit ablutionem baptismalem, & consentit recipere quod ecclesiā credit dari, nō curando, an ipse credat aliquid dari & sequi nec ne ille recipit characterem, sed non rē sacramenti.

Quare non est rebaptizandus, sed pœnitentia purgandus. Et compellendus est ad seruandam fidem, ne nomē domini blasphemetur, &

ne

20

ne fides Christiana contemptibilis habeatur, ut patet per concilium Toletanum de baptismo & eius effectu c. maiores.

Secuudi sunt qui foris ostendunt se dispositos esse ad suscipiendum baptismum, & tamen non sunt dispositi intus in anima ad gratiam. Quia uel non habent rectam fidem, uel quia habent peccatum mortale in actu, aut in proposito, uel nullam displicentiam de commisso. Hi recipiunt characterem baptismalem, sed quia ponunt obicem gratiæ non consequuntur rem sacramenti quia spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum.

Quare dicit bea. Augu. de pœnitentia. Quod uoluntatis suæ arbiter accedens ad sacramentum fidelium, nisi eum pœniteat uitæ ueteris, nouam non poterit inchoare. Et hi fictione tali recedente, non sunt rebaptizandi, sed pœnitentia purgandi.

De effectu baptismi.

Est aũt effectus baptismi Chr̃i in oĩbus non ficte accedẽtibus æqualis, qa talis baptismus remittit oẽm culpã & pœnam, quã inuenit in subiecto, & dat æqualẽ gradũ gratię, quantũ est ex parte sui & ĩstitutionis diuinę, cũ de⁹ nõ sit acceptor p̃sonarum. Act. 10. Et instituit sacramentum ad determinatum effectum.

Sed qa suã pœnitentiã deus nõ alligauit sacramẽtis, ideo dare p̃t sua uolũtate plus uni quã alteri in baptismo. Nec p̃ hoc est acceptor p̃sonarũ, quia nulli subtrahit ex suo pacto debitũ,

& sic forsan maiorem gratiam contulit Paulo, quem baptizauit Ananias, quã Eunucho Candacis reginæ, quem baptizauit Philippus.

Dicitur quantum est ex parte sui, & institutionis diuinę. Quia aliunde tam paruulis quam adultis, non ui sacramenti inter baptizandum, pt inæqualis gratia contingere.

De paruulis

Patet, quia illi propter merita parentũ uel patrinorum, uel cætetorum assistentium, & orationem pro paruulis fundentium, deus ĩ baptismate dat uni maiorem gratiam quam aliĳ. Qualiter fortassis parentes sancto Nicolao suis orationibus meruerunt maiorem gratiã dari à deo, quę illi erat principium tam mirabilis effectus, ꝙ duobus diebus in septimana unica lactatione contentus quieuit.

Et quantum ad hoc, magis optandus & quærendus est bonus & deuotus sacerdos, propter meritum personale, & orationes eius deuote lectas, quibus puero augetur gratia.

Quare sic etiam elegendi patrini probi & deuoti, admonendiq́ sunt astantes, ut semotis leuitatibus deuotioni & orationi intendant, & sic baptizanti cooperentur ad gratiæ augmẽtum paruulo impetrandum.

De adultis

Patet, quia illi per motum proprium possunt inęqualiter esse dispositi. Motus autẽ magis dispositiuus, maiorem cõsequitur gratiam.

Hinc

Hinc est ꝙ cæteris paribus adultus baptizando maiorem consequitur gratiam quã paruulus.

Sequitur corollaric. Quod de lege ordinata stat infantes baptismati innocentia defunctos, inæqualem gloriam consequi in beatitudine. Quia stat eos inæqualem gratiam acquirere in baptismate, sed gratię correspondet gloria, quæ consistit in clara dei uisione, fruitione & tentione, concomitante ineffabili delectatione, de quo. 1. Corinth. 2. loquens apostolus d. Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec ĩ cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his qui diligunt illum.

Quare monet be. Aug. ut omne nostrum studium eò tendant, quò mundetur oculus unde uideatur dominus. Oculus scilicet cordis seu conscientiæ, quia dicitur Matt. 5. Beati mundo corde, quia ipsi deum uidebunt.

CAPVT. X.

EST de forma uerborum, quibus baptizandum est baptismo Christi. Scribitur Matth. ultimo. Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ex quib⁹ uerbis ecclesia Romana hanc colligit formã. Ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti.

In qua forma sunt duplicia uerba, scilicet principalia & minus principalia.

Principalia sunt qbus inuocat̃ trinitas psonarꝝ diuinarꝝ, scil. in noĩe p̃ris & filij & spi. san.

Minus prĩcipalia sunt qbus significat mini-
ster, actus, & suscipiẽs baptismũ, scilicet ego ba
ptizo te. Et hæc forma exprimit extra de ba-
ptis. & eius effectu c. si qs, mutatio autem uer-
borum principalium huius formæ per alia uer
ba eis nõ synonima, tollit sacramẽti ueritatem.

Dicit uerborũ prĩncipaliũ. Quia min⁹ prin-
cipaliũ q̃ exprimunt actũ & suscipientẽ uaria-
tio, ꝑ terminos nõ synonimos, nõ tollit sacra-
mẽti ueritatẽ, utcꝫ in forma græcoꝝ, quę sic so-
nat, baptizetur seruus Christi in nomine patris
& filij, & spiritus sancti. Qua forma ideo usi
sunt græci, ne qui gloriarent de ministris, quos
sic gloriantes taxat. 1. Cor. 1. apostolus dicens.
Quosdam dicere, ego sum Pauli, alios, ego sum
Apollo, alios, ego uero Cephe.

Et Gręcus hac forma baptizans, siue prohi-
beat ei siue non prohibeat à Romana ecclesia,
uere baptizat. Quia in forma sua sunt oĩa sub-
stancialia formæ Christi. Statutum autem ec-
clesiæ licet liget ministrum sub pœna peccati,
non tamẽ euacuat sacramentum.

De substãtia aũt formæ sunt, uerbũ importãs
actũ baptizãdi, & uocabulũ importãs ꝑsonam
baptizatã. & tres ꝑsonæ trinitatis expresse, di-
stincte, & copulatim, hoc etẽm explicauit Chr̃s
Matth. ultimo. D. baptizantes eos in nomine
patris, & filij, & spũs sancti. Quare ꝑnomẽ ego
& dictio amen, nõ sunt de subã formæ.

Dicitur, Non synonima. Quia licet ponere

coꝝ

eorum synonima ĩ alia lingua, cum baptismus nõ solũ tradat ĩ lingua latina, sed etiã in Græca & barbara. Quãuis latinus sacerdos sub Romana ecclesia cõstitutus peccaret in alia lingua baptizando solẽniter & ex officio. Sicut si cõsecraret hostiã eucharistiæ in alia lingua. Quia ecclesia ordinauit officia ecclesiastica ministrari, & dici in lingua latina & Græca, quia in illa distinctius scribitur & dicit. Sed qa cænopycardi ab ecclesia illa desciuerunt, nihili faciunt ordinationẽ eius, ut impios decet scismaticos & hæreticos. Qua propter si quis illis uerbis baptizaret. baptizo te in nomine genitoris, & geniti, & spirati, nihil faceret. Cũ ibi non sit synomitas terminorũ, licet sit ibi æquiualẽtia seu couuertibilitas. Similiter si quis baptizaretur, in nomine trinitatis aut in nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab utroq;, non esset, uere baptizat⁹. Nec iuuat idemptitas significati. Quia uerba sacramenti efficaciam suam magis habẽt ab institutione diuina, quàm ex sua significatione. CHRISTVS autem tradendo formam illam, talem dedit, & eam obseruari uoluit, in qua expressa fidei trinitatis professio sub proprijs diuinarum personarum nominibus explicatur, qualis est illa, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

Variatio autem formæ in nõ substantialib⁹, absq; uariatione ueri intellectus formę, & sine

intẽtione inducendi errorem, non impedit baptiſmi ueritatem nec ſacramenti efficaciam.

Dicitur in non ſubſtantialibus, quia in ſubſtantialibus forma debet remanere abſq; mutatione quacunq;. Nec enim perſonæ transponẽdæ ſunt, nec aliqua coniunctio eſt omittenda nec præpoſitio in.

Dicitur abſq; narratione ueri intellect⁹ formæ, quare dicendo, baptizo te in nomine pr̃is omnipotentis, & filij, & ſpiritus ſancti. Similiter dicendo baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti & ſanctæ Mariæ uirginis. baptizatũ eſt, licet miniſter peccaret ſic baptizando.

Dicitur ſine intentione inducendi errorem. Quia illa exiſtente, quæcunq; uariatio fiat, quã tumuis etiam modica, non eſt baptizatum. qa ſic deficit intentio debita in miniſtro, quæ eſt intendere quod eccleſia intendit, quæ utiq; oẽm excludit errorem.

Etiam ſacramenta ſuam ueritatem habent in fide eccleſiæ, & non perſonæ miniſtrantis. Quare intendens errorem inducere, hoc quod facit non facit in fide eccleſiæ, ſed contra illam. Is autem intendit errorem inducere baptizando per mutationem formæ, qui ſub hac intentione baptizat, ꝙ ſua forma mutata ſit forma præciſa, ſine qua non conferatur ſacramentum: & eccleſiam ſub alia forma baptizantẽ cẽſet errare.

Mutatio formæ ab apoſtolis.

Verum

Veruntamen est apostolos in primitiua eccle-
sia, ut in actis eorum loquitur, illam formam
dispensatiue familiari spiritus sancti consilio
mutasse, & baptizasse in nomine Christi, in
quo trinitas tota implicite designaт et inuocaт.

Qui enim dicitur Christum, hoc est unctum,
dicit etiam eum qui unxit, & quo unctus est, q
est spiritus sanctus.

Fecerunt autē hoc apostoli, ut nomen Chri-
sti Iesu, in quo salus est & uita, diuulgaretur &
amabile fieret, quod tunc incredulis erat odi-
bile, & infirmis in fide erubescibile. Sic enim
dum uiderēt super baptizatos in nomine Chri
sti descendere spiritum sanctum in signo uisibi
li excitabantur in amorem & uenerationē illi˚
nominis.

Qua ratione cessante, & nomine Christi di-
uulgato, ecclesia rediȷt ad priorem formam a
Christo datam. Quia cessante dispensatoris ra
tione cessauit etiam ipsa dispensatio. Ex quo se
quitur. q si iam baptizaretur in nomine Christi
nihil fieret, quia dispensatio olim facta, nunc lo
cum non habet. Et licet non legatur, quando
dispensatio illa reuocata sit uel cessauerit du-
bitandum tamen non est eam cessasse & reuoca
tam esse. Quia dispensatio facta ex causa, satis
reuocata censetur, quando cessauit causa. Ces-
sante enim causa cessat & effectus.

Qualitas baptizantis.

Sequitur ministrum baptismi Christi, siue bo

nus ſit ſiue malus,ſciſmaticus etiam ſiue hære-
ticus, excommunicatus interdictus & ſuſpen-
ſus,dum baptizat in forma eccleſiæ & ſecũdum
illius intentionem,uere baptizare. Nec unum
minus quam alium,Cum ſacramenta ſuam ef-
ficaciam habeant ab inſtituente Chriſto, tan-
quam à cauſa agente principali, & à paſſione
ei⁹,tanq̃ à cauſa meritoria,& non à miniſtrãte.

Quare miniſter quantumuis malus, ſi rite ſe
cundum formam eccleſiæ baptizat,uere bapti-
zat, quia baptiſmus ille uerus eſt & efficax cu-
iuſlibet ſui effectus, quia tam gratiæ quàm cha
racteris niſi per malitiam ſuſcipientis fuerit
impeditus iuxta ſuperius dicta.

Dicitur rite ſecundum formam eccleſiæ,hoc
eſt ſi baptizat,in materia debita cum recta for
ma & intentione.Quia ita placuit Chriſto in-
ſtituere,ut malitia miniſtri non impediret ſa-
cramentum nec effectum eius. Cũ doctores ca
tholici tres ponant congruentias. Quarum pri
ma eſt, Quia ſi baptiſmus non niſi à bono
conferri poſſet, non eſſet certum remedium,
quia cum nemo de ſe certus ſit,an amore uel o-
dio dei dignus ſit, eccleſiaſtes. 4. quomodo cer
tus de alio eſſe poſſet,& ſic ſemper quis dubita
re haberet an uere baptizat⁹ eſſet.

Secunda eſt. Quia iniuſtum eſſet alterum ꝓ
alterius iniquitate puniri, dum punitus non
communicat cum iniquitate eius. Sed ſi bapti-
zandus diſponeret ſe quantum poſſet ad gra-
tiam

tiam ſacramentalem & baptiſmalem, & impediretur malitia baptizantis, puniretur utique propter alterius culpam, quod uidetur iniquũ & iniuſtum.

Tertia eſt. Quia paruuli non habent aliud remedium contra originale peccatum, igitur non decet malitiam baptizantis illis obeſſe. Et ſacramentum quod conſiſtit in opera operato non uiciatur ex operantis demerito, dum concurrunt quæ ſunt de neceſſitate operis.

Et ideo dicit bea. Aug. ſup Iohan. baptiſmus talis eſt, qualis eſt ille in cuius poteſtate datur. Et iuſtos oportet eſſe baptizantes, ſi iuſte uoluerint miniſtrare. Si autem uoluerint eſſe iuſti, qui in cathedra Moiſi ſedent, ſecurum me fecit magiſter meus, de quo ſpiritus eius dicit. Hic eſt qui baptizat. Non timeo adulterum, nõ homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur. Hic eſt qui baptizat, ut etiam habetur de conſe. diſt. 4. c. baptiſmus.

Dicitur Niſi per malitiam ſuſcipientis fuerit impeditus. Quia ſi recipiens ponit obicem contrariȩ intentionis uolens baptizari, nihil fit. Si uero ponit obicem peccati mortalis, uolens tamen baptizari, baptiſmus uerus eſt, quia characterem prebet ratione cuius ſacramentum non eſt reiterandum, ſed nõ prebet gratiã propter obicem.

Quibus claret error. S. Cypriani martyris, quo putauit ab hæreticis baptizatos eſſe

rebapti-

rebaptizandos,ueruntamen impie non errauit, eo quod error eius esset sine pertinacia, quonia semper paratus erat audire iudicium ecclesiæ catholicæ.&c.

CAPVT .XI.

EST de hæresi rebaptizantium.

Scribitur.1.Cor.11.Oportet hæreses esse ut qui probati sunt,manifesti fiant in uobis.

In decreto causa.24.quæstione.3.duo leguntur hæretici,qui rebaptizauerunt baptizatos. Quorum primus dicebatur Nouatus,urbis Romæ presbiter,à quo dicti sunt Nouatiani.

Secundus dicebatur Donatus,qui de Numidia ueniens, tota pene Africa decepit rebaptizans catholicos,à quo dicti sunt Donatistæ,qui beato Aug. negociu exhibuerunt,atque illu fatigauerunt.

Sed quia baptizauerunt secundu forma & intentione ecclesiæ,ideo baptizati ab illis,qui ante baptizati non fuerant,non erant rebaptizandi.

Catholicos autem rebaptizando in suam sectam,nihil fecerunt nisi quod abluendo sacramento irreuerentiam exhibuerunt, & quod fideles ab unitate ecclesiæ catholicæ abduxerunt, quorum scelus canones puniunt & leges imperiales.

Erant etiam tempore apostoli quidam ex Iudæis conuersi,qui putauerunt sæpe baptizandum esse hominem in expiationem suorum delictorum.quos redarguit Paulus ad Heb.6.iuxta superius dicta capite.8.

Erant & alij baptizati,qui pro mortuis non bapti-

25

baptizatis, rursus baptizabãtur. 1. Cori. 15. dum enim in feretro iaceret in baptizatus, latuit alius sub feretro. Cumq; clamaretur ad mortuum uis ne baptizari? respondit uolo, & ita baptizabatur pro mortuo & fatue credebatur mortuus ille saluari. Superstitiosi enim & literales nimis erant Iudæi etiam ad Christianismũ conuersi, ratione cuius labor multus erat Paulo cum illis, & longe maior, q̃ cum ethnicis, quos manum dare Christo induxit & persuasit.

Sed nostri tpis rebaptizatores duplices sunt.

Primi

Baptizant in forma ecclesiæ, & iuxta illius intentionem, putantes primũ baptisma in pueritia acceptum esse nullum, propter propriæ fidei defectum, ut audieram ex uno illorũ postea Vulcano tradito.

Secundi

Baptizant iuxta alias formas multiplices quas sibi fingunt.

Quorum baptismus non est signum & symbolum christianum, sed Beliale & satanicum, quo includunt à se baptizatos in suam sectam impiam & perfidiæ plenam. Et abducunt eos ab unitate ecclesiæ catholicæ, cuius fidem professi sunt in sua prima baptizatione, & hoc aut per se, aut per alium.

Quod autem baptismus illorum nõ sit christianus, liquet ex eo. Quod baptismo christiano itur in cœtum fidelium, de quo exitur p baptisma

ptisma illorum in cœtum malignantium & im
piorum, qui operantur non Christo sed sathanæ pro stipendio peccati, quod est mors perpetua, quæ Apoc. 21. uocatur mors secunda, quę erit in Magno ardenti igni & sulphure, in quo, ut apud Iob legitur, Act. 2. ab aquis niuium ad calorem nimiam. Facit nanq; anabaptismus ille recedere ab unitate ecclesiæ catholicæ, quæ sancta creditur, iuxta symbolum apostolicum in qua sola salus est & remissio peccatorum per sacramentalem renascentiam.

Eo q; sacramenta, quæ sunt uasa gratiæ, & fontes saluatoris dicunt, in hac locum habeant, & non extra. Vnde dicit be. Aug. in lib. de fide ad Petrum, Firmissime crede & nullatenus dubites, non solum ethnicos & Iudęos, sed etiam scismaticos & hæreticos, qui extra ecclesiam catholicam uitam pręsentem finiunt, ituros in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et bea. Greg. Super illud Iob auro locus est in quo conflctur, dicit una est ecclesia, in qua quisquis conflari uoluerit, ab omni peccatorum sorde purgari poterit. Extra quam quis quidem incendi poterit, sed purgari neqt. Propterea in c. firmiter de sum. tri. & fi. ca. dicitur, q; una sit fidelium u'lis ecclesia, extra quam nullus oĩno saluetur. Ratione cuius illa comparatur arche Noe extra quã diluuij tempore omnes homines submersi leguntur, qui autem in illa erant seruabantur.

Ratio

Ratio autem huius est, quia hæc ecclesia est corpus Christi mysticum, cuius membrum qui non fuerit, capitis (quod Christus est) influxum non habebit, & per consequens nec uitam gratuitam habebit, nec opus gloriæ meritorium.

De uita gratuita.

Patet per illud ad Rom. 8. qui spiritū Christi non habet, hic non est eius. Sed is nō habetur, nisi per influxum gratuitum, in quo datur spi. san. dicente apostolo ad Ro. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spi. sanctum qui datus est nobis.

De opere meritorio.

Gloriæ patet, per illud Ioh. 15. Sine me nihil potestis facere, hoc est, sine meo influxu gratuito. Quod per similitudinem de uite Christus declarans. di. Sicut palmes nō p̄t ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si qs autem in me non manserit, mittetur foras sicut palmis & arescit, & colligent eum & in ignem mittent eum.

Hinc Iohannis. 3. dicit Christus. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cælo filiꝰ hominis, qui est in cælo. Quare qui non fuerit de corpore Christi mystico, q̊d est ecclesia catholica, non ascendit in cęlum quo ascendit caput eius cum suo corpore.

Ec

Eo quod caput non sit sine corpore dicēte Christo Iohā.12. Si quis mihi ministrat me sequatur & ubi ego sum, illic sit & minister meus.

Et iterum. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Sed quo honore, nisi ut sit ubi filius eius Et Iohan. 17. dicit Christus Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam, quam dedisti mihi.

Sed quos dedit pater filio? Nisi qui probantur in fide & uita christiana, in qua constantes permanent iuxta illud Matt. 24. Multi pseudo ptophetæ surgent & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum, qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.

Et Iohā.10. dicit Christus. Oues meæ uocem meam audient, & ego cognosco eas & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis, & nō peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.

Loquitur autem nobis Christus per scripturam, quæ dicitur os & uox eius loquitur etiam nobis per apostolos suos & illorum successores, qui locum eius tenent in ecclesia ipso dicēte. Lucę.10. Qui uos audit me audit, & qui uos spernit me spernit. Nec non per doctores catholicos, quos dedit in ædificationem corporis sui mystici, ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circūferamur omni uento doctrinę in nequitia

quitia hominum, in aſtucia ad circunuentiōem erroris, ad Ephe. 4. Hos etenim doctores induit Chriſtus uirtute ex alto, & auxit eos ſpiritu ueritatis, cuius unctione illuminati dei uerba nobis peruia fecerunt & lucida, quę non niſi reuelatione paterna per ſpiritum ſanctum noteſcunt. Reuelat autem pater cœleſtis dei uerbū non niſi paruulis. Matth. 11. Hoc eſt humilibus, qui non ambulant in mirabilibus ſuper ſe, ſicut ſuperbi & inflati faciunt, qui nec eccleſiam audiunt, nec doctores eius. Quos ſuperbos q audierit, non eſt de ouibus Chriſti, quæ audiunt uocem illius, & illum ſequuntur, quia ſciunt uocem eius: alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non nōuerunt uocem alienorum, hoc eſt ſuperborum, ſciſmaticorum, & hęreticorum. Quos Paulus pſeudoapoſtolos & operarios ſubdolos uocat. 2. Corin. 11. & illos uitādos hortatur, ad Rom. ultimo D. Rogo uos fratres, ut obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam quam uos didiciſtis faciūt, & declinatis ab eis, huiuſcemodi em̄ Chriſto domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo uētri. Et per dulces ſermones & benedictiones, ſeducunt corda innocentium. Quod etiam rebaptizatores noſtri temporis facere, ipſi bis tincti tradunt & fatentur. Idem quoq; Lutheranos & omnes cænopycardos facere nemini eſt obſcurum, qui populo placentia dicunt, & ei aures fricant, quos etiā libenter populus audit, & ta-

tales habere querit. Non audiens qd sibi deus Esa. 3. Dicat ubi ait. Popule meus qui te beatū dicunt ipsi te decipiunt, et uiam gressuum tuorum dissipant, quæ est uia rectę fidei & uitæ ue re Christianę, in qua fidelibus est ambulandū.

CAPVT. XII.

Est de errore rebaptizantium circa infantes & paruulos, quos uolunt baptizandos nō esse ante usum rōnis. scribitur Marci 10. Christū dicere Sinite paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos, talium est enim regnum dei.

Fucus rebaptizantium.

Fucant errorem suum rebaptizātes ac colorant scripturā quæ tradit fidem in qua fit baptizatio eē ex auditu uerbi Christi. Infantes aūt illud nec audire nec capere possunt. Item īstructio in fide precurrere dicit baptismū, iuxta illud Mat. ultimo. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos etc. Nec legitur Apostolos baptizasse infantes.

Reprobatio.

Hunc errorem impium esse satis docet scriptura. Dicitur nanq; Mat. 11. à Christo. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & īuenietis requiem animabus uestris. Sed baptismus est de iugo Christi, quare omnes ad illum tenentur, si saluari debuerint, igitur infantibus non est negandus.

Et

Et per quid uenitur ad Christum. & Christ⁹ ad nos, nisi per gratiam eius, qua unimur ei, & manemus in eo, et ipse in nobis. Hæc autem gratia datur in baptismate, qua homo reconciliat deo, q natura est filius iræ, ratione cuius baptismus minime infantibus est negandus, aliâs ꝓhiberentur uenire ad Christum, contra suã iussionem. Quæ iussio magis uera & intenta est à Christo de uentione ad se per gratiam, quàm ꝑ corporalem approximationem. Qm̃ Christus imponendo paruulis ad se uenientibus, qui iã gratiam per circumcisionem nacti erant, indubie auxit illis eã, & confirmauit ac roborauit. Item Circuncisio erat legali populo, quod nobis baptismus. Quemadmodum ergo illa data est infantibus, sic in Christianismo baptism⁹ debet dari paruulis, aliâs lex gratiæ minus saluaret, & pauciores quam lex rigoris fecit Quod dicere, est detrahere & Christo & Christianismo, quare fatuus est error rebaptizantium illorum. Sed ꝙ dicunt Lutherani, cœnopycardi, christianoꝝ liberos nihilominus dei filios eẽ, quàm erant paruuli in iudaismo. Et cum dei filij sint, qs uetabit quò min⁹ baptizent, nihil facit ad scopũ. Quia sic Iudæoꝝ ꝑuuli, añ circuncisionẽ erãt filij iræ, sic etiã filij iræ sunt christianoꝝ liberi añ baptismũ, q̃ qs regñat in adoptionẽ filioꝝ dei. Quo liq̃t illos paꝝ facere contra rebaptizatores, qa ex falso fundamẽto sepe ꝓcedũt. At falsum nihil ꝓbat, sicut nec minus notũ,

uel æque ignotum, ut non ignorant dialectici. At Valdenses onagri, post stiuam eruditi nullam curant dialecticam, nec mirum, cum nec canes phalernum. Concedunt ergo catholici fidem, in qua fit baptizatio, esse ex auditu uerbi Christi. quia hæc est fides ecclesiæ, cuius paruuli nondum capaces sunt per ętatem, propter carentiam usus rationis. Quare nec eam per se in baptismate profiteri possunt, nec ad habendum eam tenentur, de quo fusius supra capite. 7. ubi sic habetur. Quod in adultis usum rationis habentibus, oportet fidei instructiōem baptismū pręcurrere, quæ dicitur catecismus, qui sicut seruatus est in primitiua ecclesia, sic & hodie seruatur. Quia adulti usum rationis habentes sunt capaces fidei & doctrinæ Christi, de quibus loqui Matthæum c. 28. satis indicant sequētia uerba, quæ sunt. Docentes eos seruare omnia quęcunq; mandaui uobis. Nec obstat, ꝙ non legit aperte in scriptura apostolos baptizasse paruulos, quia non omnia scripta sunt. Et pari ratione colligi posset. Apostoli nusquam legunt baptizati in aqua. igitur non sunt baptizati in ea. Qui si baptizati non fuissent in aqua, quomodo Christus misisset illos sic baptizare alios, etiam antequam pateretur. Et quis exemisset apostolos à lege communi Christi, qua ille dicit Iohan. 3. Oportet uos nasci denuo. Nisi enī quis renatus fuerit ex aqua & spi. san. non p̄t introire ī regnum dei. à qua lege nec paruuli sunt excmpti.

exempti, qui non habent aliud remedium contra originale peccatum quam baptiſmũ.

Error anabaptiſtarum.

Peſſime propterea errant noſtri anabaptiſtæ ſcripturæ ſenſa ignorantes morum pycardorum, qui poſt ſtiuam docti, pariter ſua ſcripturis fucant, quas impie torquent, & extra ſenſum ſuũ germanum & natiuum interpretantur. Quod etiam Lutherani, cænopycardi faciunt, etſi meliores anabaptiſtis eſſe uelint. Quã boni aũt utriꝗ ſint, ſatis eorum ſtrophæ docent, quibꝰ doctrinæ catholicæ obſtrepunt & inſultant, ac eã ſubuertere moliuntur. Veriſimilius autem eſt infantes credentium ab apoſtolis baptizatos fuiſſe, Quia ſicut eccleſia multa accepit per apoſtolorum relationem, quæ non ſunt in canonicis libris ſcripta. ſic facta eorum pariter eſt imitata. Et praxis eccleſiæ, quia optima ſcripturæ eſt interpretatio, ideo cum quædam ſcripturæ ad hoc ſonent, uidetur ſcripturam ſaltem implicite inſinuare, apoſtolos baptizaſſe paruulos fidelium. Quas ſcripturas eccleſia interpretari habet, & non hoſtes eius. Sed quia ſua praxi interpretatur eas, non eſt ꝙ anabaptiſtæ illi oblatrent et remurmurent.

Iudicia ex ſcriptura.

Quoniam. 1. Corin. 1. dicit Paulus ſe Stephani domum baptizaſſe, Sed domus collectiuum nomen eſt, dicens totã familiã, in qua ſenes ſunt & iuuenes, ſerui & liberi, maſculi & femellæ.

Et Act.16.dicit de Lydia purpuraria q baptizata sit,& dom⁹ ei⁹. Sed à q̄ nisi à Paulo cuius uerbis intendebat. Et de custode carceris dicitur ibidem, q baptizatus sit ipse,& omnis domus eius. Sed hæc calumniando dicunt anabaptistę, Act.16.simul dici de custode carceris, q lætatus sit cum omni domo sua,credens deo. Sed infantes,si qui illic fuerant,quomō lætari poterant, & credere cum nondum usum rationis haberēt. Et Ioan.4.dicitur de regulo. Quòd credidit ipse & domus eius tota:ubi si infantes erāt,quomodo credere potuerunt. Sed dicunt hic Lutherani infantes non esse sine fide propria, quorum error & motiua,sequenti capite uidebuntur.

Et 1.Cor.10.dicitur: Nolo uos ignorare fratres quoniam patres uestri omnes sub nube fuerunt & omnes mare transierunt,& omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Vbi figurat baptismus Christi,dicente Apostolo ibidem: Hęc autem facta sunt in figura nostri. Nec p patres ibi excluduntur filij paruuli & infantes.sed potius includuntur. quia cum patribus ambulauerunt & portabantur per mare rubrum, & erant sub nube in deserto cum patribus. Quare similiter cum illis figuraliter sunt baptizati in nube & in mari. Sic nec per patres ibi excludūtur fœminæ & matres. Replica.

Sed dicunt anabaptistæ cum Lutheranis figurā nihil probare, sed claram & apertam scripturā Ro.10. Nec ego illa adduxeram tanq̄ necessari

as,et

as,& manifestas probationes, sed tanq̃ indicia aliqua, quæ ecclesia interpretari habet,& non impiorum caterua. Et multa alia sunt indicia, q̃ in scriptura habentur, sed hęc breuitatis amore transeo, cõtentus praxi ecclesiæ, quæ firmamẽtum & colũna est ueritatis. 1. Tim. 3. ad quã in controuersijs tanq̃ ad anchoram est recurrendum. Quam qui audire noluerit, tamquã ethnicus& publicanus est habendus. authore Christo Mat. 8. Huic etenim promissus est à Christo spiritus ueritatis, qui ipsam in omnem perducat ueritatem Ioan. 16. Nulla est ꝓpterea probatio, qua dicit, credentium infantes non legi baptizatos ab Apostolis, igit non sunt baptizati ab eis. Quia multa sunt facta tam à Christo quam ab Apostolis eius, quæ nõ sunt scripta in canone. Et concesso, ꝙ Apostoli infantes fidelium non baptizauerint. Non sequit illos propterea baptizandos non esse. Quia non factum nõ excludit iure faciendum. Paulus q̃ppe uictũ euangelicum non accepit, sed laboribus manuũ suarũ uixit, at ideo nõ sequit cæteros euangelii ministros uiuere nõ debere de euãgelio 1. co. 9.

CAPVT. XIII.

Est de fide in q̃ q̃s baptizatur baptismo Christi et de quibusdam erroribus Lutheranorum Nc... ricorũ circa illã fidẽ. Scribit ad Heb. 11. Quod sine fide ĩpossibile sit placere deo. Pro cui⁹ ĩtellectu Notandum est doctrinã catholicam distinguere fidẽ, in fidem infusam,& acquisitam.

Fides infusa est merum dei donum, quod infuudit in baptismate cum spe & charitate, quę tria dona non sunt actus, sed seminaria actuū, quibus iuuatur homo, cum ad usum rationis uenerit ad actualiter credendum, sperandum, & diligendum. Et in hac fide non traditur nec accipitur baptismus, nec acceditur ad deum. quia fides illa in baptismate acquiritur. Nec tollitur aliquo peccato, nisi peccato infidelitatis. Quare hac fide nemo placet deo, Eo ꝙ stet cum peccato mortali, quod charitatem infusam tollit, sed non fidem.

Fides acquisita, non est merum dei donum, siue habitualis, siue actualis fuerit. Quia hęc est ex auditu uerbi dei, cui nemo credit, nisi uolēs, cū: ut ad Ro. 10. dicitur: non omnes obediunt euangelio. Multi nanq; hoc prędicari audiuerūt, sed non omnes ei crediderunt, ut clarum est tam de ethnicis, quàm de Iudæis. Et sine hac fide actuali, impossibile est placere deo. pro loco & tempore, quando quis eam tenetur habere. Non enim in somno quis tenetur ad illam, nec in uigilia pro quolibet momento. In hac fide traditur baptismus, & acceditur ad illum, nec non ad deum. Quia hac fide per baptismum acquiritur gratia gratum faciens, quę est charitas infusa, qua peccatum remittitur, & homo in fauorem & amicitiam dei recipitur. quia sic ad Rom. 5. dicitur: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spi. san. qui datus est nobis, scilicet

cet in charitate illa. Sed quia paruuli infante
per ætatem non possunt habere fidem illam, i
deo sufficit illis fides ecclesiæ, quā profitentu
ore patrinorum. Cum autem ad usum rationis
uenerint, tenentur illam discere ex auditu uer
bi dei, & sic actualiter credere. Adulti aūt usum
rationis habentes tenentur ad actualem fide
ecclesiæ, quam proprio ore habent profiteri, an
tequam baptizentur, ut in fide illa possint ba
ptizari, & sic accedere ad deum, per consecutio
nem gratiæ baptismalis. &c. Et si fides actuali
mulieris Chananee impetrauit sanitatem filię
non solum corporis, sed etiam animæ. de qua di
citur Matth. 15. Cur fides ecclesiæ, sponsæ Chri
sti, non impetraret gratiam paruulis in sacra
mento baptismatis, quod singulariter dicit
sacramentum ecclesiæ & fidei, eo ꝙ per illud
intrat ecclesiam, & profitetur fidem uel per
uel per alium. Contra hanc doctrinam catho
cam latrant Lutherani Norici. sed adeo obscu
re loquuntur, ut par sit credere eos nec seipsos
intelligere, quorum aliqua saltem, quando nō
expedit omnia, placuit in medium proferre, ut
uideant fideles, quanta cæcitate Lutheranism
inuoluatur & laboret.

Lutherani.

Fides non est per humanum intellectum, uo
lūtatem uel meritum, sed ex libera & mera gra
tia, quia est donū infusum à deo, ad Ephe. 2. &
1. Cor. 1. ergo æq; dat̄ & inest paruul̄ & adultis

Responsio.

Fides infusa quæ infundit in baptismate est merū dei donū, at illa non accedit ad baptismū, sed acquirit in baptismo. fides aūt actualis, qua accedit ad baptismū, non est merum dei donū, sed est p humanū intellectū & uoluntatē cū adiutorio dei. Quia est cognitio adhesiua credibilium, quibus nemo assentit nisi uolens, in arbitrio nanq; est hominis an credere uelit necne, quæ ecclesia credit, q̊d qui nō uidet, uł cæc⁹ est, uel dementia laborat. Et fides illa licet adiutorio & cooperatione dei habeat, nō tñ est merū & purū dei donū. Est etem̄ ex auditu uerbi dei, cui nisi cooperet deus interne, nō credit actualiter, testibus etiā Noricis illis dicentibus. Nisi ad cor auditoris loquatur deus, nihil ad salutē proderit auditio externa. Nihil enim est q plātat & nihil q rigat, sed qui incrementū dat de⁹. 1. Corin. 3. Et be. Grego. d. Quod nisi intus sit q doceat in uanū foris lingua loquentis laborat. Quare autem potius deus unum illuminet suo uerbo ad credendum, quam alium, ipse nouit. Verum ad hoc multum facit dispositio qm̄ un⁹ potius se ad hoc disponit, quā alius per humilitatem & deuotionē, ratione cuius dispositionis meretur illuminari p̄ alio, cū sic sit terra bona, in quā semē uerbi dei cadēs facit fructū multū. Iuxta illud Esaię. 55. quō descendit imber & uix de cælo, & illuc ultra non reuertit, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit,

cit,sicut erit uerbũ meum. Non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quęcunq; uolui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Hinc redditur ratio quare populus simplex credidit Christo,& non scribæ & pharisæi,qui non animo ꝓficiendi audiuerunt illum sed animo obseruandi & calumniandi. Et cõtra hæc nihil habetur. 1.Corin.1.Sed ad Ephe.2.dicitur.Gratia saluati estis p fidẽ,& hoc nõ ex uobis dei enĩ donũ est, nõ ex opibus,ne qs glorieť.ubi Paulus nihil aliud uult,quã ꝙ gratia saluati sint,ad q̊s loquitur per fidẽ scilicet Chr̃i,& nõ per legẽ Moisi. Et hoc nõ ex uobis ait,quia principium credendi, & omnis opis meritorij est à deo, uidentiũ eã miracula,& audientiũ eundem sermonem unus credit,motus à deo,alter uero nõ. Et ideo Iohã 6.diciť.Nemo potest uenire ad me, nisi pater q misit me,traxerit eum.Ne quis glorieť, scilicet de ꝓprijs meritis.Ex quibus uidelicet nõ habetur,ꝙ fides actualis sit merũ donũ dei,quare hic Lutherani illi nesciunt quid loquantur.Et sicut fusius in libello de fide,gratia,& opibus ꝓsectus sum.Sic etiã hic dico breuiter gratiã saluare formaliter & immediate,ad quam peruenit p fidẽ.Quia ad Ro.5.diciť.Qd' p Chr̃m habem' accessum p fidẽ in gr̃am istã, in q̃ stamus & gl̃iamur in spe glorię filiorũ dei.Hęc aũt gr̃a ex nobis nõ est,sed est domũ dei merũ, q̊d nõ cadit sub merito nr̃o cõdigni,aliâs gr̃a nõ eẽt gr̃a ad Ro.11. Potest tñ hõ adiutorio dei se disponere

ad

ad illam gratiam, & sic eam mereri dispositiue seu de congruo. Sic loquũtur doctores catholici, nihil curantes quid rideat sal infatuatum, scientes illud datum esse in reprobum sensum, & uoraginem impietatis & desperatiõis, quod capitis sui insani phrenesim sequens, doctrinã contemnit catholicam, & hoc in suam ignominiam & damnationem. iuxta illud Prouer. 18. Impius cum in profundum uenerit peccatorũ, contemnit, & sequitur eum ignominia & obprobrium. Vnde dicit bea. Aug. in li. de uera innocentia Quod intellectui fides uiam cognoscẽdi aperiat, infidelitas autem claudat, iuxta illud. Esaiæ septimo. Nisi credideritis non intelligetis. Sed cui potius credere debemus, an altitudini extollenti se aduersus sciãm dei quã construi iubet Paulꝰ. 2. Corin. 10? minime certe. Vbi simul hortatur, ut in captiuitatem redigamus omnem intellectum in obsequium Christi credendo scilicet ecclesiæ catholicæ, quæ habet scientiam sanctorum & est firmamentum & columna ueritatis. 1. Timo. 3. cui & Christus promisit spiritum ueritatis qui eam inducat in oẽm ueritatem, ut dicitur Iohan. 16.

Lutherani.

Per solam fidem quis saluatur, quæ non est uolentis, neq; currentis, sed dei miserentis, hoc est cuius deus miseretur. Ideo enim Iacob & Esau antequam exirent de utero matris, unus dilectus est à deo & alter oditus. Et Hieremias sanctifica-

ctificatus in utero loquitur Hier.1. Similiter Io hannes baptista, qui & Christum cognouit & gauisus est de ei⁹ pręsentia antequam nasceret de utero matris, ut patet Lucæ.1. Et Esa.54. dicitur. & Iohan.6. à Christo repetitur. Omnes pueri tui à deo docebuntur &c. Ex quibus clare habetur fidem in pueris non posse negari, etsi externum exercitiũ & usum in pueritia non possint ostendere.

Responsio.

Per solam fidem saluari falsum est, ut satis liquet ex dictis. Verum tñ est per fidem actualquẽ uenire ad gratiam, cuius est saluare formaliter & immediate, hoc est iustificare. Et de illa fide non loquitur apostolus ad Rom̃.9. quando dicit. Miserebor cuius misertus sum, & misericordiam pręstabo, cui miserebor. Quare nõ uolentis neq̧ currentis est, sed dei miserentis. Sed loquitur de gratia pręde stinationis, quæ est uoluntas dei, cuius gratiæ non est cã in creaturis. Hæc autem pręde stinationis gratia non sortitur effectum suum in homine sine gratia præsentis iusticiæ, quæ datur homini uel in baptismo, uel in pœnitentia, quæ sunt sacramenta patriæ gratiæ præsentis iusticiæ, & si deus suam pœnitentiam non alligauerit sacramentis, sic, quod illam gratiã sine illis dare non possit uel aliquando non dederit. Quod ergo dicitur. Genesis.25. & Malach.1. Iacob dilexi Esau autem odio habui, dicitur secundum pręde stinatiõem

æternæ

eternæ electiõis. Quare dicit Apostol⁹ ad Ro. 9. Cũ nõ dũ nati fuissent, aut aliqd boni egissent aut mali, ut secũdũ electionẽ ꝓpositũ dei maneret, nõ ex operibus sed ex uocãte dictũ est. Maior seruiet minori. Et Ro. 8. dicit. Quos p̃destinauit hos & uocauit, & q̃s uocauit, hos & iustificauit. Vocauit em̃ ad gratiã præsentis iustitię per fidẽ, & iustificauit uocatos gratia eadẽ. Vocauit etiã in uineã suã per fidẽ baptismalẽ multos præscitos, & iustificauit eos grã pręsentis iustitiæ, qui, quia laborare noluerunt in uinea illa pro denario diurno, rursus à gratia illa exciderunt, & damnati sunt, ratione cuius Mat. 20. dicit Christus. Multos esse uocatos, paucos uero electos, hoc est prędestinatos, quoniã nouit ab æterno deus, qui bene uel male usuri essent gratia presentis iustitię quę excidere potest, & excidit peccato mortali, quãdo gratia prædestinationis excidit nunquã, cũ impossibile sit in sensu cõposito p̃destinatũ dãnari. Quia hoc est ĩpossibile, p̃destinatus dãnabit̃, Sed qd facit ad scopũ nostrũ. Hieremiã & Iohannẽ baptistam sanctificatos esse in utero materno, cũ sanctificatio nõ necessario p̃reqrat fidẽ, qa pœnitentiã ad gratiã p̃sentis iustitiæ & sanctificãtẽ formalit̃, eo q. deus suã pœnitentiã nõ alligauit sacramẽtis, & si lege cõmuni & ordinata pœnitẽtia agat p sacramẽta. Si uero Io. baptist. cognouit Christum pœnitẽtem in utero, singulari factũ est hoc priuilegio, q̃ accelerat⁹ est illi usus ratiõis

tionis. Quod autem per priuilegium uni datur non est oībus tribuendū. Et q̄ scis an de⁹ illū sanctificauerit, uel ante uel p⁹, uel simul cū cognitione? Quare nihil facit ad propositum, q̄ Iohannes cognouit Christum in utero, & gauisus est seu exultauit, ut dicit scriptura. Dicitur autem Es. 4. ponā uniuersos filios tuos doctos à domino. & Ioh. 6. dicit Chr̄us. Est scriptum in ꝓphetis. Et erunt oēs docibiles dei. Ex q̄ nec clare nec obscure habet fidē actualē in pueris non posse rationabiliter negari. Quia ad Ro. 10. dicit fidē talem eē ex auditu ꝑ uerbū Christi, q̄ de⁹ docet. Sequitur enim Ioh. 6. oīs qui audiuit à patre & didicit uenit ad me. Is autē audit à patre, quem pater unctione spi. san. illuminat per uerbū dei auditū, quia dicit Chr̄us Matth. 11. Confitebor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et si omnes essent theodidacti, hoc est, docti seu docibiles dei per infusionem fidei, ad quid esset necesse prædicari uerbum dei, ex cuius auditu Apostolus dicit esse fidem, concurrente interna illuminatione, & adiutorio ad assentiendum credibilibus.

Clare autē ex his habetur, Lutheranos illos nescire quid loquantur, ac sua inscitia & cæcitate imponere simplicibus, quos secum trahunt in perfidiæ, & impietatis foueam. Sed quid dixi simplicibus, cum etiam magnis principibus, & ciuitatibus nobilibus sua inscitia illudant,

ut

ut magis credant indoctis nebulonibus illi, quã uiris doctis in ſcriptura exercitatis & in gymnaſijs ſcholaſticis pie educatis & eruditis. At ſufficit illis uere doctos uocare ſophiſtas, quod cum fecerint, ſatis eos uicerunt, & oẽa eorum exploſerunt.

Lutherani.

Huic magnam dat probationem, ꝙ per Chriſtum. Marci ultimo, & in alijs ſcripturæ locis clariſſime indicatur, ꝙ ſoli credentes ſaluentur, & omnes infideles damnentur. Et ad Hebrę. 11. dicitur, ꝙ impoſſibile ſit ſine fide placere deo. Etiam per hoc ſolutum & confutatum eſt, ꝙ rebaptizantes dicunt, Quia Chriſtus Marci ulti. dicit, qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Ideo pueri baptizandi non ſunt, quia non dum credunt. Quia ſi non crederent, partem cũ infidelibus haberent, Chriſtus autem dicit paruulorum eſſe regnum cælorum.

Reſponſio.

Marci ultimo ſic loquitur. Euntes in mundũ uniuerſum, prędicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, Qui uero non crediderit, condemnabitur. Vbi clare habetur Chriſtum ibi loqui de adultis uſum rationis habentibus, quia illis prædicatur euangelium, non infantibus, clarius autem hoc Matt. ultimo habetur. Paruuli autem baptizantur in fide eccleſiæ, quæ illis ſufficit ad conſecutionem gratiæ, Nec dicendi ſunt infideles

ideo

Deo, quod actualiter non credunt. Quia nondum tenent actualiter credere. Hic dormientes ideo infideles dicuntur, quia actualiter non credunt nec natura fatui uel surdi saltē baptizati Quare meris & in utilibus frascis, immo nugis indoctissimis agunt uestri Lutherani Norici nònne Mat. 19. dicitur, Si uis ad uitā ingredi, serua mādata, at paruuli illa non seruant, cum nondum possint, ideo ne excludēdi sunt à uitæ introitu? qui etsi merito proprio non saluentur, seruantur tñ merito Christi ad Hæb. autem. 11. Nō aliud uult Apostolus, quàm quod sine fide uel ecclesiæ, uel propria, nemo lege communi consequitur gratiam, qua placet homo deo. Tali etem̄ fide, scilicet actuali, acceditur ad deum, quia ad gratiam in qua datur spiritussanctus, iuxta dicta superius. Nec quidquam solutum aut confutatum est cōtra rebaptizantes per ea quę à Lutheranis hic adducuntur. Quia sicut falsum nihil probat, sic nihil soluit, nihilque confutat. Et quis nostri mirabitur tantam Lutheranorum illorum cęcitatem, quā etiam rebaptizantes non possunt satis ridere, qui dignius pœnam de eis sumerēt, quā ediuerso. Paruulorum autē esse regnum cœlorum ut Christus dicit, uerum est de renatis, quia illi per renascentiam consequūtur gratiā, qua placent deo, cum ante renascentiam essent filij irę. ad. Eph. 2, Per gratiam nanque adoptatiōis, que in renascētia datur fiunt filij dei, qua gratia suū effectum sortitur gratia prædestinationis.

Lutherani.

Vſus rationis nõ certificat hominẽ ſe habere fidem, igitur male ſubtrahit̃ baptiſmus paruulis ab anabaptiſtis, añs probat̃. Quia fides non ſtat in humana ratione, nec in uoluntate hominis, cum ſit merum dei donum, Itẽ Chriſtus exprobrauit diſcipulis baptizatis incredulitatem eorum. Et multi diſcipulorum retroceſſerunt. Ioh. 6. & Iudas baptizatus infidelitatẽ ſuã oſtẽdit in prodendo Chriſtũ. Itẽ Mat. 7. D. Chriſtus Multi dicent mihi in illa die, domine dñe nõne in noĩe tuo prophetauimus, & in noĩe tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis, quia nunquã noui uos, diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatẽ. Et ſi nunquã uocat eos. ſeqtur ꝙ nec ante baptiſmum, nec poſt illum nouit eos tanquam credẽtes, qui ſoli placent ei. Et ideo illos tanquã infideles iuſſit à ſe diſcedere.

Reſponſio.

Vſus rationis utiq; certificat hoĩem ſe habere fidem actualem, in qua fit baptizatio, quare nihil oĩno his probat̃ cõtra anabaptiſtas. Et fidẽ talẽ eſſe merũ dei donũ, ſatis improbatũ eſt ſuprà, eo ꝙ hõ ſuo intellectu & uoluntate libere concurrat ad illam. Intellectu nanq; aſſentit credibilibus, & non niſi uolens, quia poſſet non aſſentire. Certus eſt autem homo quando aſſentit, uel non aſſentit alicui credibili, ut illi, uel ſimili, deus eſt trinus & unus.

Inſup

Insuper dico credentē posse excidere à sua credulitate, q̄re nihil est q̊d dicit̄ de exprobratione &c. Qui aūt ficte accedit ad baptismū, de illo iudicandum uenit, iuxta dicta in ca. 9. Et si fides actualis esset merum dei donum, irrationabiliter Christus exprobrasset discipulis suā incredulitatem, quia nō stetisset per eos incredulitas illa, sed fuisset potius ex parte dei, qui non dederit illam. Consequenter dico. Quod ex fide informi, æq; signa fiant, sicut ex fide formata, dicente apostolo. 1. Cor. 13. *Si habuero omnem fidem, ita q̄ montes transferam, charitatem aūt non habuero nihil sum.* Quare illos Christus, de quibus Mat. 7. d. non nouit scientia approbationis, sicut nec quinq; uirgines fatuas, Mat. 25. quia nunq̄ approbauit illorum iniquitatem.

An aūt illi ficte accesserint ad baptisma nec ne quis nostrum poterit iudicare? & alij aliquādo in gratia fuerint nec ne. Non ergo illos, tanq̄ infideles, iussit à se discedere Christus, sed tanq̄ operarios iniquitatis, & tanquam peccatores, qui gratia carēt, qua uiuificatur fides, ex q̄ iustus uiuit. Abacuc. 2. Nisi enim fides iusti uiua esset per gratiam, non diceretur iustus ex illa uiuere, quia quod mortuū est, nulli p̄stat uitam. Quibus tandem liquet quam futilibus argumētis pugnēt Lutherani illi Norici in anabaptistas, q nec paucioribꝰ, nec minoribus laborāt erroribꝰ, q̄ anabaptistę, utcūq; illos insectent̄. & errores ꝓprios fucēt ampullosis uerbis corā rudi

 populo

populo, cui impie imponunt, & misere post se ab unitate ecclesiæ catholicæ trahunt.

CAPVT .XIIII.

EST de reliquis erroribus cum quibus fornicantur anabaptistæ, & bis tincti illorũ alumni. Quorum primus Est quod non liceat Christiano habere propria, quem errorem fucant uerbo Christi Lucę.14. Omnis ex uobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest esse me⁹ discipulus. Et actu.4.dicit. Qđ multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, nec quisquã eorum, quę possidebat aliquid suũ esse dixit, sed erant illis oĩa cõmunia. Et actu . 5. legit de Anania & Saphyra uxore eius, quomodo ceciderint ante pedes Petri, & expirauerint, quando eis obiecit fraudẽ quam fecerant in præcio agri, quem uendiderunt.

Responsio.

Error is quorundã hęreticorũ erat, qui se apostolicos uocauerũt, de quibus habet in decreto. Hij enim Christi uerbũ ad literã acceperunt de omnibus Christianis, qualiter tñ accipiendum nõ est. Nisi de ijs qui in communitate aliqua de bono cõmuni uiuunt. Illi enim omnia sua cõtribuere habent, sicut in Hierosolimis fiebat in primitiua ecclesia & hodie fit in religionibus monasticis, in quibus sine proprio uiuendum est. Et quia Ananias cum Saphyra se in talem societatem dediderunt, & de pręcio agri uenditi, il-

lam

lam fraudauerunt, mentiti dicuntur ſpiritui ſan
cto, & in aliorum exemplum mox ſunt puni-
ti. Reliquis autem Chriſtianis priuate uiuenti
bus, ſatis eſt ſeruare uerbũ Chriſti ad ſpiritum,
renunciando ſcilicet omnibus animo, ita ꝙ ni-
hil horum præponat deo in amore, quod tunc
facit, quando propter nullam creaturam uult
agere cõtra præcepta dei. Aliqui autem ex bis
tinctis uolunt omnia in ſua ſecta eſſe commu-
nia & in omnibus habere parem poteſtatem,
etiam ut aiunt in uxoribus & filiabus. Quo cla
ret illorum ſectam beſtialem potius eſſe, & pe-
cuinam q̃ ciuilem & Chriſtianam, quando gen
tiles ad naturam uiuentes tantam abhorreant
petulantiam & obſcenitatem.

Sed quid tibi candide lector uidetur de Luthe
ranis euangelicis hæreticis, qui uirgines uela-
tas & Chriſto dicatas ſibi ſumunt uxores, &
Chriſtum ſuis ſpoliant ſponſis, hi certum ſuum
inceſtum fuco nominis matrimonij tegere mo
liuntur, quod tñ non faciunt bis tincti, quare pe
iores ſunt illis in hac parte. *Secundus Eſt*,
Quod in euchariſtia non ſit niſi panis & uinum
Et ꝙ illa non conuertantur in corpus & ſangui
nẽ Chriſti. Quia ſcribunt euangeliſtæ Chriſtũ
in cœna ultima accepiſſe panem, ac benedixiſ-
ſe & apoſtolis dediſſe.

Et. 1. Corin. 11. Dicitur Cœnantibus eis acce-
pit Ieſus panem & benedixit ac fregit, deditq́ʒ
diſcipulis ſuis. &c.

Responsio.

Error ille erat olim Berengarij, qui tandem eum reuocauit ut habetur in decre. in conse. dis. 2. ca. ego Berengarius. Quem errorem sequuntur pycardi, qui Valdenses dicuntur. dicentes catholicos eucharistiam adorantes, adorare deum herbaceum seu triticeum. Hūc errorē Oecolampadius cum Zuinglio hac tempestate in heluecijs fouent, quem satis confutat Ruffensis Angliæ episcopus confutando libellum Oecolampadij. Post huius erroris reuocationem Berengarius alium incidit. Quod corpus Christi sit in eucharistia, cum pane ibi remanēte. facta benedictione ac consecratione. Ita ꝙ panis nō transsubstantietur in corpus Christi, sed ꝙ corpus Christi ui consecrationis coassistat pani in eucharistia, Quem errorem postea etiam reuocauit. At ecclesia catholica ueritatis columna, per medium illorum errorum transit dicēs, panem transsubstantiari in corpus Christi quod est in eucharistia sub speciebus panis quæ remanent ibi. Quæ sunt accidentia sine subiecto super naturaliter existentia. Hos errores diffuse cōfutaui in libello de sacramentis, cum errore singulari ipsius Lutheri, ubi uideatur si cui placuerit. Tertius est. Quod Christus sit pur⁹ homo & non deus, & ꝙ Maria mater Christi non sit mater dei.

Quia Iohan. 10. dicitur: Pater maior me est. Igitur non est deus ipse Christus cum deo nihil

hil maius sit.

Respõsio.

Hic error primo erat Hebionitarum, contra quos Iohannes rogatu fidelium suum scripsit euangelium in quo satis superq́; docet Christi diuinitatem. Qualem autem laborem habuerit Christus cum iudeis suam diuinitatem credere nolentibus, & si multiplicia eius uiderent opera. nulli puræ creaturæ possibilia satis liquet Iohan. 8. 9. & . 10. Hunc errorem repetiuit Nestorius, qui Christi matrem non theotocon, sed Christotocon dixit dicendam, & ita honorem uirginis benedictæ minuere nõ dubitauit.

Quod autem Christus dicit patrem maiorem se esse, accipiendum est secũdum humanitatem eius, quando secundum diuinitatem est illi æq̃lis, ratione cuius etiam dicit Christus. Pater & ego unum sumus. Ioh. 10.

Quartus est. Quod inter Christianos nulla debeat esse superioritas, Et q̀ usus gladij secularis in Christianitate locum non habeat. Et q̀ superioritati nec iurandum sit, nec obediendũ, quando arma sumere iubet contra hostes, etiam contra Turcam fideles inuadentem & impugnantem.

Respõsio.

Quam erronea scripturæq́; aduersa, quam deniq; factiosa & seditiosa sint hæc om̃ia, qs fidelium non uidet, qui saltem scripturam uel uidit uel legit.

Quibus erroribus addunt alios multos, dicentes, sathanam & impios tandem saluari. Et baptismum paruulorum esse opus sathanæ, & suo baptismate duntaxat ueros fieri Christianos. Quod loco symboli habent, quo recipiunt & includunt (ut uocant) suos alumnos, in suæ perfidiæ sectam, ubi uero baptizare non audent timore animaduersionis, alijs utuntur symbolis quibus sectam suam conseruent & propagent. Dicunt insuper euangelium non publice in tẽplis prædicandum, sed in domibus priuatis, & ꝙ eruditi euangelium annunciantes, sint illius & scripturæ peruersores. Quodq; Christianitas nunquam bene habitura sit, quamdiu sacerdotium ecclesiasticum durauerit, quod & delẽdum cũ omni superioritate cẽsent. Quibus multa alia addunt. At illis omnibus respondere superuacaneum & inutile esset, quia per se iacẽt, & iam pridem per doctrinam catholicam satis superq; confutata sunt, & explosa. Hæc autem omnia bis tincti fatentur pro quęstione sua, nõ uno loco tantum sed pluribus per Germaniam, per quam hoc tempore cœpit grassari, & inualescere tantum impietatis malum.

Conclusio.

Liquet tandem gentem illam bis tinctã fornicari cum amatoribus multis, quia cum erroribus prædictis, & nonnullis alijs. Et si cum pluribus fornicentur Lutherani, hortatur tñ de⁹ sua bonitate utrosq; ad se reuerti, quando dicit Hierem. 3.

rem,3. Vulgo dicitur si dimiserit, uir uxorem suam & recedens ab eo, duxerit uirum alterum, nunquid reuertetur ad eam ultra. Nunquid nõ polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum multis amatoribus, tamẽ reuertere ad me dicit dominus. Improperãs autem & in erubescentiam suam dicit. Leua oculos tuos in directum & uide ubi nunc prostrata sis. polluisti terram in fornicationibus tuis, & in maliciis tuis frons mulieris meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere, ergo saltem ammodo uoca me pater meus. Et sequitur Cõuertimini filii reuertentes, quia ego uir uester & assumã uos, & introducam uos in Syon (hoc est in ecclesiam catholicam) & dabo uobis pastores iuxta cor meum, & pascent uos scientia & doctrina, scilicet catholica, quæ est rectę fidei & uitæ, quæ dicitur scientia doctorum & erit unum ouile, & unus pastor, sublato omni scismate, & omni impietate et perfidia. At iam bis tinctis & simul Lutheranis sua uia utcunq; peruersa & impia recta uidetur iuxta illud Prou. 16. Est uia quæ uidetur homini recta, at nouissima eius ducunt ad mortem. Quare dũ quis eos cœperit reuocare, contemnunt & dicunt ut auribus meis audieram. Nec aquam, nec ignem, nec gladium, nec deniq; mortem, diabolum, & infernum se posse abducere à sua uia iuxta illd' Prouer. 18. Impius cum in profundum uenerit peccatorum, contemnit, sed sequitur eum igno

nimia & obprobrium. Et quæ ignominia maior, & quod obprobrium grandius, quã Christo iniciatũ retrocedere, & portionẽ suã cũ hęreticis ponere nec nõ ab unitate, eccľię sanctę deficere ad ecclesiã impiorũ & malignãtiũ, q̃ ẽ synagoga sathanæ. Confutatio eorum quæ Lutherus scripsit in rebaptizantes, ad duos postophoros seu plebanos, quos uocat Papistas.

Lutherus.

Iustum non est, & uere doleo, q miserabiles homines illi, (scilicet bis tincti) tam misere trucidantur, cõburuntur, & truculẽti seueritate occiduntur. Relinquendus enim est quilibet ut credat quæ uelit. Si nanq; minus recte crediderit, sat pœnæ in igni infernali habebit. Et cur tẽporali pœna etiã puniãtur, si solũ in fide errauerint, & non simul seditiosi fuerint, nec supioritati rebellauerint, Bone de⁹ quã cito fit ut quis erret, & diabolo in laqueum cadat. Scriptura & uerbo dei obuiandũ & resistendum est eis, igni certe parum expedietur.

Respõsio.

Ad Gal. 2. Scribit Apostolus: qui conturbat uos, iudicium portabit, quicunq; est ille, utinam abscindantur qui uos conturbant. modicum enim fermentum totam massam corrumpit.
Et. 1. Corin. 2. dicit idem Apostolus: auferte malum, ex uobis ipsis, Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit.

Quos sumpsit ex illo Deut. 13. Propheta ille

le aut fictor somniorum interficietur, qui locutus est, ut uos auerteret à domino deo uestro, ut errare te faceret de uia, quã tibi præcepit dominus deus tuus, & auferes malum de medio tui.

Sed quia tu unus es, & quidem primarius hoc tempore de ꝓphetis & fictoribus illis, ideo iniquum & impium tibi uidetur iudicium potestatis, cui incumbit malum perfidiæ, tollere de medio, ne tota fidelium massa corrumpatur.

Si uis dolere. doleas super centena milia, q̃ superioribus annis, ob tuam doctrinam trucidati sunt intra tres menses, taceo uiduas orphanosq́ꝫ, quæ nuditati, & fame interea perierunt, Cuius mali tu causa es primaria, utcunqꝫ tergiuerseris, quot autem animas orco miseris & q̃tidie mittis, tibi rimandum relinquo, satis tibi rem illam Coclæus exposuit, unde non est cur ego hic sim prolixior.

Insuper dico ethnicos & iudæos suo arbitrio relinquendos, ut quæ uelint credant. Non sic autem CHRISTO baptismate iniciatos & incorporatos, qui ad fidem, quam semel professi sunt in lauacro regenerationis, compellendi sunt. In quos, si parere & obedire noluerint, animaduersio locum habebit. Etsi pœna gehennæ sit illis satis dura, uult tamen ecclesia læsa satis sibi etiam fieri.

Sic

Sicut in simili, fur impœnitẽs gehennæ quidem est debitor, & tamen respublica per illum læsa, pariter sumit de eo supplicium, suspendebo illũ in patibulo, Præsidentes in republica Christiana sanctiões & leges suas habent, secundum q̃s agentes, nemini faciunt iniuriam, quibus nec ego, nec tu, agendi formam habemus prescribere. Ipsi deo responsuri sunt de administratione sua, à quo illis data est potestas, qui & interrogabit opera eorum Sap. 6. Sed dicas uelim, quō non simul seditiosi, & factiosi sint illi bis tincti, & repugnent superioritati, qui summopere tecum laborant, quò fideles ab unitate ecclesię catholicæ abducant in suæ pfidiæ sectam. Qui deniq; libenter omnem superioritatem, tam secularem quã spiritualem, de medio tollerent, in quo tu cum eis conuenis, quo ad spiritualem potestatem, quã tollere niteris, secularem aũt admittis. Cui & adulando blandiris, quia te fouet & tuetur in tua impietate & perfidia.

Lutherus.

Vos Papistæ rebaptizatores estis, & alios ꝓhibere conamini, quia quidam ex uobis rebaptizãt latine eos, qui baptizati sunt à nobis uernacula lingua. Sicut nouiter in Molhusen fecerat grossum caput illud Lipzense. Nec mandat Papa magister uester, solum latine baptizandũ esse, ut claret in mulierculis pro necessitate baptizantibus.

Resp̃osio.

Papistæ,

41

Papistæ, quos tu priapistas despectiue sic uocas, neminem rebaptizant, qui baptizat⁹ est uernacula lingua, iuxta formam ecclesiæ: quare tu nugis tuis illis iniuriam facis pro more tuo. Quod uero contumeliosus es in Lipzensem, qcunqꝫ fuerit ille, seruas decorum personæ tuæ, qui de nemine nisi tuæ farinę fuerit, modeste loqui consueuisti, Apostolus monet, ut modestia nostra nota sit omnibus hominibus, tu autem ĩmodestiam tuam notescere facis uniuersis. Scio doctorem Hieronymum de Ochenphurt fuisse in Molhusen, postquā seductor illius monetarius in Suden procubuit, digna factis recipiendo: qui si baptixari fecit uere, quos monetarius cum sua adhęrentia non uere baptizauit, propter uariationem formæ ecclesiasticæ ut dicit; non debet dici ꝑpterea rebaptizasse, cū ab alijs non fuisset uere baptizatum. Tu autem hoc taces, & ad uernaculam linguam tuam relegas causam ut imperitis imponas nugis tuis, quod impostorum est, non proborum hominum. Doctor ille Hieronymus uir pius est, & eruditus, cui nugis tuis nec nocebis nec præualebis. Cadit quoqꝫ suspicio in tibi adhærentes, quorum multi grossi sunt asini. De uariatione formæ, tecum cum pene omnia inuertant, quæ ecclesi sunt catholicæ: cur non simul in uerterent & uariarent formam baptizandi eius. Sicut de nonnullis audieram ego. Quare si quis catholicorum baptizaret paruulum ab illis lotum, sub ea con

ditio

ditione, si non es baptizatus, ego baptizo te, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Non rebaptizaret, sed uere baptizaret in casu, quo prius uere baptizatum non esset.

Lutherus.

Et Primo uideo aliquos rebaptizare ex illo fundamento, ut Papam offendant, à quo, tanq̃ ab antichristo, nihil uolunt habere.

Sicut hostes sacramenti, ideo panem & uinũ merum credunt in eucharistia, in offensam Papæ, putantq́ sic se recte præcipitare Papatũ.

Respõsio.

Si diceres qui illi essent, forsitan ipsi tuis cõmentis responderent. Nec ideo Oecolampadius cum suis consectaneis, in eucharistia negant uerum corpus Christi & sanguinem eius, quos tu hostes, ut credo, sacramenti uocas, cum tu lõge maior hostis sis illius quam illi, quia maiori laboras errore circa hoc dicens: panem pistum in eucharistia manere, & esse corpus Christi, quod est impossibile & in conceptibile, ut in libello de sacramentis deduxi per longum.

Hoc autem uerum est, te summopere laborasse hactenus, & nec hodie cessare. quo Papatum præcipites, & Papam eẽ antichristum simplicibus persuadeas. Nec mirũ, quia & sathanas cui militas, deum odit, eò q̆ ipsum ob suum delictum puniat.

Quod

Quod & tibi à Papa contingit, qui te anathematis mucrone perfodit, ob tuam in tua perfidia pertinaciam. An oblitus est quæ Leoni decimo scripseris, in quo si uocem Christi audiebas (ut fassus es.) certe ex antichristo Christi uocē te audiuisse profiteris.

Tu alios uertiginosos uocas, cū uertiginosior te hactenus inuentus sit nullus. Matteologiam autem, qua hic uteris præter commodum, consulto præterire uolo: quia procedit partim ex odio, & partim ex figmento nugoso.

Papatus stabilitus est per multa secula, habetq́ fundamentum suum in scriptura, ut satis mecū probauerūt eruditi multi: at tu solus sapis cum Husso tuo & Vuiclepho quos præfers & Cypriano & Hieronymo. Nec non doctoribus catholicis omnibus.

Cum hæreticis damnatis, ipē hæreticus declaratus, sentis: & ex ingenio tuo corrupto & infatuato iudicas alios.

Papatus cum papa remanebunt, quando tu cū tuis cum perfidia uestra in malam crucem ibitis. Ecclesia catholica, quæ fide apostolica creditur sancta, insultus hæreticorum passa est hactenus plurimos, sed præualuit semper & præualebit, quia porte inferni, Christo authore, nō præualebunt ei, ipsa autem præualebit, dicente scriptura Deut. penul. Beatus es tu Israel quis similis tui popule qui saluaris in domino?

Negabunt

Negabunt te inimici tui,& tu illorum colla cal cabis.

Lutherus.

Stultus est is labor omniū hostium, scilicet sacramenti. Quia & Christus in scribis & pharisæis inuenit abusum, sed non ideo damnuit oīa quæ habuerunt & docuerunt illi. Mat.23. Nos autem fatemur sub Papatu omne bonum Christianum esse, & hinc ad nos peruenisse, pręsertim fatemur in Papatu esse rectam scripturā sacram, rectum baptisma, rectum sacramētum altaris, rectas claues remittendi peccata, rectū officium prędicationis, rectum cathecismum. Pater noster, decem præcepta, & articulos fidei, sic ediuerso, Papa fatetur hæc omnia etiam apud nos esse, & si nos damnet tanquam hæreticos. Dico etiam sub Papa rectam Christianitatem esse. Etiam pręcipuam Christianitatis partem.

Responsio.

Si omne bonum Christianum est sub Papatu, & hīc ad uos Lutheranos uenit, quare tantopere ingrati estis illi, ut ipum de medio tollere nitamini, ecclesia autem catholica in qua Papat⁹ est, non agnoscit uos alumnos suos, propter uestram impietatem & perfidiam, q̃ ab hac excidistis. Valdenses onagri scribunt se recessisse ab ecclesia Romana, propter maliciam prelatorū eius: tu autem scribis te cum tua secta Papam habere pro antichristo, quia traditionibus diuini

nis addit suas, quasi hoc illi non liceat, tanq̃ pastori ouium Christi, addere quicquã, ꝓ dei gloria et ouiũ salute. Et quid clauiũ uoce pollicetur Christus Petro, cuius successor est Papa. Nisi ptãtem q̃ tanq̃ pastor gregis Chr̃i, uices Chr̃i agat in terra. Quis autem tam arido est ingenio, qui credit potestatẽ quẽpiam in alios accepisse, quos lege nulla queat ligare? Et quorsum pertineret hæc uacua potestas pastoralis, quæ elumbis & supĩa, gregẽ lege nec ducat nec arceat. S. Augustinus ad Donatũ presbyterum dicit: Ecclesiæ potestas non solum inuitat, sed etiã cogit ad bonũ. Quia dñs seruo mãdauit, ut aliq̃s introduceret, & alios cõpelleret ĩtrare Luc. 14. Nec fateť Papa hæc omnia, q̃ tu dicis, apud uos esse. Non est enim apud uos recta scriptura sacra, sed deprauata & impie contra sensum suũ natiuum torta, ut claret de euãgelio tuo cripti co, quod de sub scamno protraxisti in lucem. In quot locis enim tu hoc deprauaueris, nõ tacuit Emserus, nuper pie in Christo defunctus. Et de epistolis pauli qd dicã, de qb⁹ diciť. 2. Pe. 3. Q̃d⁹ Paulus in omnib⁹ loquať de his, in quibus sunt q̃dam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles (de quorũ numero tu es) deprauãt, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Admonet etiam be. Petrus fideles, ut se custodiant, ne insipientium errore traducti excidant à propria firmitate. Et si rectum baptismum habeatis, dum in forma ecclesiæ & iuxta

...ntionem illius baptizatis, certum tamē sa-
...mentum altaris nō habetis, quò ad fidem re
...m: quia creditis panem consecratū eē corp⁹
...risti, & uinum consecratum esse sanguinem
...ri, quod impium est dicere, & inconceptibi
ac impossibile iuxta superius dicta.

... quomodo claues remittendi peccata habe-
...s, q extra ecclesiam catholicam estis per im-
...ietatem uestram, in qua sola est remissio pec-
...torum, iuxta superius dicta. Et quis dedit
...obis prędicationis officium, cum missi non si-
...is, sed ipsi curritis conrta uoluntatem eorꝝ qui
...abent mittere.

Cathecismus autem ur̄ quam rectus sit, do-
...ent errores penè infiniti, quos docetis & ha-
...etis contra doctrinam catholicam. Quibus li
...quet te multis profluere uerbis, sed non agere
nisi meris nugis, quib⁹ corā oculis simplicium
ludis, at uere pijs & eruditis imponere nescis.

Quod autē putas præcipuam Christianitatis
partē uos perfidos esse, quis non ridebit, quan-
do & noctua fœtus suos inter aues censet esse
pulcherirmos.

Lutherus.

Papa nos persequitur maledicit nos, excom
municat, fugat, comburit, & occidit nos, & agit
cū nobis pauperibus Christianis, sicut uer⁹ an-
tichrist⁹ cū Christianitate agere debet. Quare
oportet nos recta Christi mēbra esse, aliâs non
possemus triūphare morte contra antichristū.

Nos

Nos non uertiginamur ficut factiosi spirit⁹, ut
omnia abijciamus quæ sub se habet Papa, aliàs
Christianitatem & templum dei abijceremus,
cum omnibus quæ à Christo habet. Sed hoc
impugnamus & abijcimus, ꝙ Papa non manet
apud bona Christianitatis, quę hęreditauit ab
Apostolis. Sed apponit suam diabolicam addi
tionem. Nec utiť talibus bonis in ædificationē
tēpli dei, sed in destructionē eius. In hoc ꝙ sua
mādata & sua ordinatio, alti⁹ tenenť quā Chri.

Responsio.

Papa uobiscum agit, sicut cū perfidis & apo
statis agere debet, tanq̃ pastor ecclesię Christi,
& tanquam uicarius Christi, iuxta patrū san-
ctiones, & doctrinam Pauli. 1. Cor. 2. Ex quo
non sequiť, uos recta Christi membra esse, quia
& bis tincti, quos tu tanquam impios taxas, si-
cuti, etiā sunt, pro sua perfidia mortem sustinēt
intrepide, & tanquam cum gaudio trium-
phali uadunt ad ignem, ut uidi oculis meis. Et
quot putas hæreticos sic in igne tripudiasse, an
putas nec sathanam martyres suos habere?

Quos autem tu uertiginosos & factiosos spi
ritus uocas, min⁹ te uertiginosi & factiosi sunt.
Quod manticæ intergo est tu non respicis, sed
in propendulam oculos figis, qui uestucā alioꝝ
uident, trabem aūt propriam non considerant.

Papa Christianitatis bona manu tenet & or
dinat. Nec est additio ei⁹ diabolica, cum sit ad

gloriam dei, & ad profectum salutarem subditorũ. Ne libertas spirit⁹, quã nobis attulit Christus, detur in occasionem carnis, quã carnis libertatẽ tu docens tanquam alter turca, carnis & mundi amatores in tuam pellicis perfidiam, Quod ut facere possis expediti⁹, nullas erubescis nugas, quibus agis, non solum in summum Pontifiicem, sed etiam in cæteros ecclesiæ prælatos, & in uniuersum clerum, qui uerã profitetᷣ pietatem. Nõ docet te hoc Paulus, qui ut Act. 23. legitᷣ. Dum in sacerdotem summum loqueretur, qui contra legem iussit eum percuti, & corriperetᷣ ab astantibus, dicentib⁹. Summũ sacerdotem dei maledicis? ait: Nesciebam fratres qꝛ princeps est sacerdotum, scriptum est eñ Exo. 22. Principem populi tui non maledices

Lutherus.

Secundo etiam se fundant super eo. Quia nihil sciunt de suo baptismate. Et dicunt quõ scis te baptizatum esse? tu credis hominibus q̃ tibi hoc dicunt, sed oportet te deo ipsi, et non hominib⁹ credere, & sic te certũ esse de tuo baptismate.

Responsio.

Certum est eos se super hoc fundare, audieram enim ip̃e quendã talium, quo cum conuersabar sic loqui, inpræsentia etiam multorum. Sed quã ignauum sit hoc fundamentum, ostendit Lutherus per inconuenientia, quæ inde sequrentur. Et primo sic qꝛ si hominibus nõ est credẽdũ, in

q̃rum

quorum tamen duorum uel trium ore stat om̃e uerbum, quomodo credes hunc patrem tuũ eẽ, & hanc esse matrem, & si non noscis parentes, quomodo implebis mandatum dei de honorãdis parentibus? Et si incertus es de parentibus, quare accipis hęreditatem parentum & fratrũ, quos ignoras?

Secundo quia sic nulli principi subesse uellẽ, quia nescirem an natus esset prĩceps nec ne, eò ꝙ non uidi, sed ab hominibus audiui, & sic iterũ dei præceptum tollere uellem, et esse omnino liber. Etiam sic nec credere uellem Christum aliquid esse, nec ꝙ Apostoli illum prædicauerint, eò ꝙ nec uidi nec audiui, sed homines aiunt.

Lutherus.

Sed dicis. tu ipse docuisti soli deo credendum esse & non hominibus, dico autem ego, te hoc sic debere intelligere, quando loquuntur ut homines, & de se ipsis sine uerbo & opere dei. Hoc est quando sua figmenta nec uerbo dei nec opere eius possunt ostendere. Cũ igit̃ audis hominibus non esse credendum, intelligere habes quando illic nec uerbũ dei, nec opus eius ostenditur, quando autem illa sunt ibi, tunc dei doctrina est ibi, utcunq; per homines doceatur & creditur deo. Sed nunc uide, quando nasceris ꝙ ibi fit opus dei, quod non fit in occulto, sed testimonium habet ab his, qui adsunt, & quare illis non crederetur &c. Cum ergo ibi ostendit̃ op9 dei, & homines hoc testantur, & non est fictum

ab homine,nec quis contradicit,ibi credis deo, & non ſolum hominibus.

Quod autem aliqui pueruli occulte naſcantur & emittuntur,ut nunquam noſcant parẽtes ſuos,nihil ad propoſitum,quando nos loquimur de communi dei ordinatione & aperta.

Reſpõſio.

Poſſem hic à te quærere,quo uerbo dei, & ꝗ opere eius probes,te tuam doctrinam habere de cęlo,ut alibi iactas,quod cum non poſſis,nõne nugacem teipſum declaras,& tibi credendũ non eſſe? Sed tranſeo, & permitto hæc omnia ſtare,ut uideamus quid ſequi uelit.

Lutherus.

Sed ſi quæris cur credam uirum aliquem & mulierem parentes meos eſſe, propter teſtimonium hoĩm. Cum tu non credas Papam dñm tuum eſſe,ſed facis ex eo antichriſtum, cum tamen omnis mundus teſtetur eũ eſſe caput Chriſtianitatis,Et oſtendat hoc etiam tibi ex opere quia ſedet in regimine.

Reſpondeo tibi Papam eſſe, non eſſe opus dei, ſed fictionem hominum,quia nullum dei uerbũ eſt,quod dicat Papam eſſe, et ꝙ oporteat me habere Papam,uel illi ſubiectum eſſe. Quare nullus Papatus eſt qui ſit opus dei,eo ꝙ ſcriptura teſtimonium præbeat de operibus dei.

Et quamuis multi teſtentur Papæ. Eſt tamen omne teſtimonium tale fruſtra, quia dei opus ex Papatu nec facere nec teſtari poſſunt. Quoniam

niam multi hactenus contrariũ testati sunt & contradixerunt. non solũ tota Christianitas orientalis, sed etiam multi subiecti Papæ, qui ꝓpterea combusti sunt, & quotidie trucidantur. Sic ꝙ tale regimen nunquam acceptum est, nũquamq́ remansit sine contradictione, uel nunq̃ uenit ad statum quietis, sicut parentum & superioritatis regimen, ut supra est narratum.

Nullum est ibi etiam opus dei, quia nullum officium facit subiectis suis in commodum illorum, persequitur euangeliũ & Christianos, docet stercus suum & uenenum, tanquam doctrinas hominum.

Sinit euangelium sub scamno iacere, & perseqtur illud, & si nihil iuuet ipsum, facit ex sacramẽto oblationẽ, ex opibus fidẽ, & ex fide opus. Prohibet matrimonium, escas, uestes, & loca. Abuturq́ omnibus bonis Christianis in nocumentum animarum, sicut alibi hæc omnia satis probauimus. Quare Papatus merum est figmẽtum hominum, cui omnino non est credendũ.

Respõsio.

Papam esse, est opus dei. Et licet nomen Papæ scriptura non habet, habet tamen officium eius secundum promissionem. Mat. 16. & secundum executionem, Ioh. ultimo, ut satis tibi ostẽsum est per multos uiros eruditos & pios, qui doctrinam sequũtur catholicam, & interpretationem scripturæ suscipiunt, quam habet ecclesia catholica, a qua tu defecisti.

Et alibi purgatorium esse concedis, & si neges hoc ex scriptura posse probari, quoniam nomē hoc inscriptura non reperitur. Sed,ut alibi tibi dixeram,cum rem concedis, & illam in scriptu ra habes,quid ludis cum nomine, ut nasum su- spendas rudi populo.Quod autem hæretici ori entales cōtradixerunt Papæ,qd mirum?cum i- dem fecerint,& hodie faciant tecum septētrio- nales,occidentales,& meredionales,qui cū di- gna factis recipiunt,nulla iniuria illis irrogat.

Quod uero dicis, Papam Nullum officium facere in commodum fidelium,qui sunt illi sub iecti,nugas tuas dicis, Persequitur autem euan gelium tuum cripticum,quod de sub scamno ꝓ traxisti,hoc est hæreticum, quod tandem rur- sus sub scamnum repere faciet cum stercoribus tuis,quibus fœtes ut olidus hircus.

Euangelium catholicum tanquam lucerna, semel positum est super candelabrum,ut luceat omnibus quæ in domo sunt,scilicet ecclesię ca- tholicæ,& nunquam latuit sub scamno, at euan gelium hæreticum,quod tu prædicas & doces, latuit multos annos sub scamno in puluere,do nec tu uenires & ei puluerem & situm excute- res.Christ⁹ in missa offertur mystice, qui semel oblatus est pœnaliter in cruce. Tu autē ex mis- sa facis testamentum,nesciens quid uere sit te- stamentum,ut satis tibi probauit Coclæus cum alijs uiris pijs & eruditis,editis iam in tuos er- rores libellis.Fides autem actualis opus est,qa

assen

assensus credibilium: quare nihil est quod de fide & oblatione commentaris. Non prohibet Papa matrimonium alicui, sed liberum hoc relinquit omnibus, sicut deus: qui autem uoto continentiæ perpetuæ se suo iure priuant, & in legẽ dei de reddendo uoto cadunt, nihil Papæ habẽt imputare, qui scil. conseruator est legis diuinæ. De quo quia multa alibi scripseram, nolo hic ꝑlixior esse. Quid autem tu probaueris alibi, & quã satis ostendunt scripta tua, nugis & conuicijs plena, quibus tu satis probas omnia tua.

Lutherus.

Tertio fundant se super illo dicto, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Marci ultimo. Ex quo capiunt neminem baptizandum esse, nisi prius crediderit. Hic magna præsumptione laborant. Quia non haberent prius baptizare, quã certo scirent quem credere, sed q̊modo & quando possunt hoc scire. Sunt ne dij, ut possint in corda hominum uidere, & perspicere an credant nec ne? Sed dicis baptizand⁹ fatetur se credere &c. dico, fateatur ut uelit, text⁹ non dicit, qui fatetur se credere, sed dicit, q crediderit Ecce professionem illius habes, sed nescis fidem eius. Etiam baptizandus uel baptizatus, non est certus de sua fide. Et hic rebaptizatores credunt hominibus, dicẽtibus se credere, & nolunt credere hominibus, qui testãtur ipos baptizatos esse. quare sunt contra se ipsos.

Respõsio.

Audieram & ego à bis tincto, se super ille fundare. Cui respondi dictum hoc loqui de adultis usum rationis habentibus, ut satis patet. Mat. ultimo. Illic enim dicitur de fide actuali, quę habetur ex auditu uerbi dei, ad Roma. 10.

Insuper dico baptizanti sufficere ad baptizanzandnm, quando adultus baptizandus fatetur se credere, quia Act. 8. quando eunuchus Candacis reginæ, dixit Philippo, ecce aqua, quis ꝓhibet me baptizari? respondit Philippus, si credis ex toto corde licet, & ait, credo filium dei eē Iesum Christum, & baptizatus est.

Sed uideat adultus, ne se fingat credere, quia si sic, dicendum est iuxta duplicem fictionem superius positam.

Quod autem dicis baptizatum adultum uel baptizandum nō esse, nisi certum de sua fide, tuum dicis. Superius autem ostensum est, talem certum esse de sua fide actuali, in qua baptizaẗ, quia certus est an assentiat credibilibus, quibus assentit ecclesia, an non assentiat illis. Quare tu parum hic facis cōtra rebaptizatores, quia struis super falso & ex falso procedis.

Lutherus.

Quia autem baptismus paruulorum, erat ab initio Christianitatis, Et nemo ex certo fundamento ostendere p̄t, ibi non fuisse fidem, ideo mutandus non est, nec super incerto fundamento ædificandum.

Quia

Quia quod quis uult mutare & destruere, si inueterauit, habet firmiter ostendere, quod sit contra uerbum dei. Sicut nos monasteria, missarios, & castitatē spiritualium prostrauimus, ostēdēdo clarā scripturam, contra quā sunt, quod si non fecissemus, oportuisset certe nos illa stantia reliquisse, sicut hactenus steterunt.

Responsio.

Et quo probabis baptismum paruulorum fuisse ab initio Christianitatis, quando hoc negāt anabaptistæ.

Et quomodo potuit ibi esse fides actualis, quæ ex auditu est uerbi dei, cum nondum rationis usum haberent, & quomodo potuerunt assentire credibilibus, cum nec usum intellectus nec uoluntatis haberent. Tu super incerto, immo super falso & super incognito tibi ædificas, utcunque hoc alijs asscribere pro more tuo soleas. Ostendas tu ibi fuisse fidem, & prius probes tuam affirmatiuam, antequam alijs negatiuam offeras probandam.

Quod autem gloriaris te uerbo dei prostrauisse monasteria, & alia quæ memoras, quid aliud facis, quā quod gloriaris in malicia tua, & exultas in rebus pessimis?

Certe in tua adulteratione uerbi dei, ac impia torsione scripturæ, contra doctrinam catholicam, nihil firmiter ostendis, sed rudem & simplicem populū, nec nō amatores huius seducis. Ecclesia aūt catholica, quæ ueritatis firmamētū

&

& columna est, authore Apostolo, collum tuum ceruicosissimum suo tēpore calcabit, & gloriam tuam, qua nunc impie & stulte gloriaris in tua malicia, conuertet in ignominiam, et eris fabula mundo, sicut cęteri hæresiarchę, quorum memoria est in maledictione.

Lutherus.

Quod dicunt paruulos non posse credere, q̊ nolunt hoc certum facere, ubi est ibi scriptura, qua probent & super qua se fundent. Opinant̄ quidem quia paruuli rationem non habent, at opinio hæc incerta est & totaliter falsa, nihilq́ȝ ædificandum est super nostra opinione.

Nos autem habemus scripturam, ꝙ paruuli possunt & sciunt credere, quando etiam nec loquelam nec rationem habent. Quia D. Psal. 72. Quomodo iudæi filios suos & filias idolis obtulerunt, & sic sanguinem innocentem fuderunt. Et si sanguis innocens erat (sicut textus dicit) indubie mundi & sancti paruuli fuerant, quod sine spiritu & fide esse non poterant.

Itē innocentes quos Herodes occidi fecit, erant pueri a bimatu & infra, & certe sine loquela & ratione, & tamen sancti sunt & salui. Et Christus Matt. 18. dicit: regnum cælorum esse paruulorum Er S. Iohannes in utero materno puer erat, puto autem ꝙ credere potuit, igitur.

Respōsio.

Libenter audirem quo tu certum faceres, & qua scriptura certe probes paruulos, in quantū tales

tales, posse credere. Tu quoq; opinaris paruulos credere, sed tua opinio æque incerta est, immo falsa, quia ipse cōcedis paruulos rōnem nō habere. Quam si non habent, dic quæso, quomodo credibilibus assentire possint, nā credere est assentire, assentire autē est actus itellectus, uel dicas uelim quid sit credere. Nisi totus isanires præ impietate ipse tuam erubesceres ignauiam. Dicis te scripturam habere de puerorum credulitate, at illa quam producis clara nō est, sed multum incerta & obscura. Immo non habet quod tu nugaris eam habere, quia pueri *illi*, de quibus loqueris, mundi & sancti esse non poterant sine circuncisione uel oblatione. More legis naturæ, cum omnes cōmuni lege concipiamur filij iræ ad Ephe. 2. *Si* autem sic purgati nō erant, nihilominus sanguis eorum innocens erat ab actuali peccato, & si non ab originali.

Similiter dicēdū est de innocentibus ab Herode occisis, qui tamen si purgati non fuerant, uel circuncisione uel oblatione, purgabant baptismate sanguinis, quem pro Christo fuderūt. Et quid pro te facit, q̄ paruulorum est regnum cælorum, cum Christ⁹ loquatur de purgatis ab originali peccato, si remanserint in innocenti sua, q̄d etiā uerū est in adultis, qui humiliant se ut paruuli ut claret Mat. 18. ex uerbis Christi. Si autem Iohanni baptistæ acceleratus est usus rationis in utero matris, per singulare priuilegium, quo cognoscere potuit præsentiam Christi,

sti, & credere, tu ne hoc priuilegium extendes ad omnes? Siccine clara scriptura, & claro dei uerbo tuam perfidiam tueris? Siccine clara scriptura monasteria, & Papatum euacuas? & reliqua quæ sunt ortodoxæ fidei: Quis hic non uidebit tuam & ignauiam & petulantiam, magis autem eorum stulticiam, qui tuis nugis & sycophantijs prębent fidem.

Lutherus.

Sed dices, singulare erat cum Iohanne, at eo ostensum non est omnes paruulos baptizatos posse credere.

Respondeo, expectes & sume tibi moram, non dum sum ibi ut paruulorum fidem probem, sed ibi, ut ostendam quomodo fundamentum tuæ rebaptizationis, sit falsum & incertum, quia ostendere nequis, q nulla fides in pueris esse possit. Eo enim, quia in Iohanne fides fuit sine loquela & ratione, non stat fundamentum tuum, quo dicis paruulos credere non posse.

Non est enim contra scripturam, ut infans credat, sicuti exemplum Iohannis declarat: quãdo ergo contra scripturam non est pueros credere, sed conforme scripturæ, oportet fundamen tum tuum esse contra scripturam, q pueri non possint credere.

Respõsio.

Ostendi potest utiq;, q nulla fides communi lege in pueris esse possit, loquẽdo de fide actua

ſi,qua actualiter creditur.

Et quando tu concedis in Iohanne fuiſſe talem fidem & ſine ratiõe, oppoſitum in adiecto con cedis. Quia ſi Iohannes in utero credidit, ratio ne credidit, eo ꝙ credere ſit actus rationis, hoc eſt intellectus, qui aſſentit credibilibus, de quo aſſenſu dicitur ad Rom. 10. hoc eſt uerbum fide: quod prędicamus, quia ſi confitearis in ore tuo dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, ꝙ deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Co de enim creditur ad iuſticiam, ore autem co feſſio fit ad ſalutem.

Quare nulla ſunt omnia, quibus ludis, præte meras fraſcas: unde piget & pudet me tantis nu gis tantæꝙ inſcitiæ reſpondere.

Lutherus.

Et qd ſi oẽs pueri in baptiſmate, nõ ſolũ crede re poſſint, ſed etiã tã bñ ſicut Iohã. in utero m tris, nõ em̃ inficiari poterim⁹ eundẽ Chriſtũ in baptiſmate, ĩmo ipſemet baptizator eſt, qui i utero matris uenit ad Iohannẽ. Et ęꝙ loquit̃ a pud baptiſma p os ſacerdotis, ſicut alibi loque batur p os matris ſuę. Cum igitur ſit ibi pręſen Chr̃us, loquit̃ & baptizat, quare fides & ſpũs ſuũ baptizare & loq, nõ uenirẽt æꝙ in puer, ſi cut alibi ĩ Iohannẽ uenerũt? Eſt em̃ un⁹ locuto & factor alibi, & hic, & p̃cipue cũ p Eſaiã dicat, ſuũ uerbũ ñ redire uacuũ. Apportes aũt & tu di ctũ unũ, ꝙ oñdat pueros credere ñ poſſe ĩ bapti ſmate: cũ ego tã multa attulerã, ꝙ credere ſciant

&

& possint. Et q aequum sit tenere q credant, quamuis incognitum sit nobis quomodo credant, uel qualiter se habeat fides illa, nec refert.

Respõsio.

Priuilegium Iohannis singulare, locum non habet in reliquis paruulis omnibus: quare nihil probas per hoc, cum non sit par ratio cum Iohanne & reliquis paruulis. Scriptura loquitur de facto apud Iohannem, nihil autem de reliqs paruulis, qui baptizãtur à sacerdote uice Christi dicit scriptura: quare nihil probas, quia ipse fateris sine scriptura nihil probari, & absq; dei uerbo. Nec redit dei uerbum uacuum in baptismate paruulorum, quia ibi datur gratia & spi. san. Et si Esaias non loquatur de uerbo dei in baptismate, sed de eo quod prędicatur populo, ut patet satis per ea, quæ dicuntur ibidem, scilicet Esa. 55. Et quid hortaris unicum saltem apportari dictum, quo ostendatur pueros nõ posse credere in baptismate &c. Cum tu ipse concedas eos rationem nondum habere, quã si nõ habent, quomodo credere possunt, eo q credere sit actus rationis. Num credere ad rationem, q intellectus dicitur, pertinet? quod si nescis, consule Paulum ad Heb. 11. & clare inuenies.

Nec me fugit, quæ uos cænopycardi cõmentamini de fide historica, seu articulari, & de fide fiduciali. de quibus plura scripseram, in libello de fide gratia & operibus. Quæ autem tu adduxeras, nihil probant, utcunq; hæc iactaueris, ut

ut ſatis liquet ex dictis. Quare omnia quæ cõmentaris anilibus nenijs ſunt futiliora. Et quo modo dicere audes ꝙ æquum ſit tenere eos credere, quamuis nobis incognitum ſit, quomodo credant, ac ſi neſciamus quid ſit credere, & quo modo credatur, ſcilicet per aſſenſum credibiliũ. Recte autem dicis, te ſcilicet cum tuis, neſcire qualiter ſe habeat fides illa: quia neſcitis quid fidem dicere debeatis, ſed de illa loquimini ut cæcus de colore, & nũquam uniformit̃ ut omnibus ueſtram pandatis ueſanam ignauiam. Nonnè tu alibi facillime conquiri poſſe fidem doces, adeo, ut uix quiſquam ſit, qui non habeat eam, alibi tamen adeo conquiſitu difiicilẽ doces, at uix quenquam inuenias, qui eam ſit aſſecutus, ut tibi obijcit Ruffenſis, nec tacet Coclæus. Cum ergo non conſtes de fide tibi ipſi, quid prȩſumis alijs multa de fide loqui? Explica te ſaltem uel ſemel conſtanter de fide, & inuenies qui tibi reſpondedunt, quid geſticularis cum fide, quaſi res leuis ſit & ridicula.

In baptiſmate infunditur fides, ſpes, & charitas, ut habet doctrina catholica. Quæ tria non ſunt actus, ſed ſeminaria actuũ, ut ſupra dictũ eſt: at illa fide infuſa non acedit̃ ad deum nec ad baptiſma, cum ipſa detur à deo in baptiſmate, qua & nemo credit actualiter, ſed fide actuali, quæ eſt actus elicitus ab homine adiutorio dei acceditur iuxta prius dicta.

Lutherus.

Ad hoc apud Mat. Iubet paruulos ad se adduci, & amplectitur eos, dicitq́ regnum cœlorum esse illorum. Postea docet ut fiamus tales paruuli. Si autem paruuli illi non fuissent sancti, malum exemplum nobis dedisset, cui similes fierem⁹. Quidam autem dicunt paruulos iudeorum fuisse circumcisos, quare sancti erant, & ad Christũ portari poterãt. Sed quid si etiã femellæ fuerant inter pueros istos, qui Christo adducti sunt, quæ nõ fuerant circũcisæ: & in dubie utriusq́ sexus pueri portabantur ad eũ.

Et quia masculi soli non sunt ibi expressi, nõ possumus femellas excludere, sed cogimur ut mittam⁹ pueros esse tã femellas quã masculos.

Responsio.

Si regnum cœlorũ fuit paruulorum istorũ, signum est eos fuisse circumcisos, quia ante circumcisionẽ erant filij iræ. ad Ephe. 2. Quare nõ fil j regni, cum illa sibi repugnent.

Et si sancti erãt paruuli isti, p circũcisionem sancti erant: & ratione suę simplicitatis & humilitatis, dati sunt nobis ĩ exemplar, quare male impugnas circumcisionem illorum. Quod autem de femellis dicis, nihil pro te facit, quia masculis data fuit circumcisio Gen͠. 17. Femellæ autem retinuerunt purgationem ab originali culpa, quæ erat ante in lege naturæ, scilicet per

oblatiões

52

oblationes & sacrificia, quę fiebāt pro eis in ꝓ testationē fidei mediatoris, iuxta superi⁹ dicta.

Quod autem dicis solos masculos non esse ibi expressos, non possum non ridere, cum tam Marci. 10. quam Mat. 18. de paruulis dicatur in masculino genere. Et si etiā nihil pro te faciat, femellas pariter ibi fuisse: quare solis nugis & fabulis strepis & agis, quas rident anabaptistę, & quidē merito, qa nihil probat̄ illis cōtra eos

Lutherus.

Et soli masculi passi sint circumcisionem, femellæ tamen participes etiam factæ sunt illius cum illis in ueritate dei uerbi ad Abrahā Ge. 17 Seminis tui deus ero. Et circumcisio debet esse pactum inter me & te, & semen tuum post te, sit etiam facta promissio. Sunt em̄ femellæ etiā semen Abrahæ. Et deus per tuum dictum, æq; deus earū est, ac si circūcisæ essent sicut masculi.

Et si iuuat alibi circumcisio masculorum, tā masculos quam femellas, ut populus dei fiant propter fidem Abrahæ, à quo uenerunt, quanto magis hic baptism⁹ utrorumq; iuuabit ut populus dei fiant, propter meritum Chr̄i ad quē portantur, & ab eo benedicuntur

Hæc omnia dico ut ostendam fundamentū rebaptizantium incertum, & illos temere super eo ædificare.

Responsio.

Respōsio.

Puellæ ueteris legis, non fiebant participes circuncisionis masculorum, sed aliunde purgabantur ab originali peccato, iuxta superius dicta: qua purgatione trāsierunt in populum dei, sicut fiebat ante legem Moisi in lege naturæ, in qua etiam erat populus dei. Sed ꝙ semen Abrahæ factum est per circuncisiōem peculiaris dei populus, ibi mulieres participes factæ sunt circuncisionis masculorum, sed non quo ad purgationem ab originali peccato.

Quare omnia quæ dicis commenticia sunt, & qui fundamentum rebaptizantium tanquā incertum arguis, sine certo fundamento ipse loqueris, & temere super tuo errore ædificas. Et ideo nihil facis apud illos.

Lutherus.

Sed dices, non iussit Christus baptizari pueros. Nec illius exemplum reperitur in scriptis uel epistolis Apostolorum.

Respondeo. Quod nec senes etiam, nec uiros, nec mulieres, nec aliquem in singulari iussit baptizari, ideo ne neminem baptizabimus?

Iussit autem omnes gentes baptizari nemine excluso, quando dicit: euntes docete omnes gētes, & baptizate eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Matt. ultimo, sunt autem pueri magna portio gentium.

Legimus

Legimus etiam in Act. Apostolorũ, & in episto la Pauli, quomodo totas domos baptizauerint: sunt aũt pueri etiã magna domorũ portio etc.

Hoc claret etiam ex eo, ꝙ Christus sine discrimine commisit eis baptizare omnes gentes, & docere, & ipsi sic fecerunt, ac omnes in domibus baptizauerunt, qui erant in illis.

Non attenderunt ꝙ factiosi spiritus, discrimen quæsituri essent, inter iuuenes & senes, cũ aliâs in omnibus epistolis multa scribant, ꝙ nullus respectus nullum discrimen sit inter personas Christianos, alioquin hæc omnia præuenissent & expressissent, quando. 1. Iohan. 2. scribit etiam pueris ꝙ patrem noscant.

Responsio.

Inanis est tua responsio, qa in hoc ꝙ Christ⁹ iussit doceri & baptizari omnes gentes, satis explicat profectæ ætatis baptizandos esse, quoniam illi possunt doceri, quando infantes talis doctrinæ non sunt capaces, quia usum rationis nõ habent, ut ipse concedis.

Nec multum facit contra rebaptizatores, ꝙ Apostoli totas domos baptizauerunt, quia concedunt hoc, quo ad adultos qui capaces erant doctrinæ, quoniam CHRISTVS doctrinam præponit baptizationi, de quo multa capite. 12. dixeram ego.

Et si sine discrimine CHRISTVS iussit apo-

ſtolos baptizare & docere omnes gentes, in du bie de iis loquitur, qui doceri poterant, quod infantibus minime conueniebat. Infers autem tu unum & taces alterum, quia dicis apoſtolos baptizaſſe omnes gentes in domibus, ſed nõ dicis, nec dicere poteris, ꝙ docuerint omnes ĩ domibus.

Quod autem de factioſis ſpiritibus loqueris magis in te conuenit, qui factioſior es reliquis omnibus. Sed quando dicitur. 1. Iohã. 2. Scribo uobis infantes quoniam cognouiſtis patrem, per infantes accipit humiles ſpi, qui quo magis humiliantur ſub potenti manu dei, eo ſublimius norunt arcana dei, quia Mat. 11. dicit Chriſt⁹, reuelaſti ea paruulis.

Si autem ad literam acceperis, infantes accipe debes eos, qui tamen aliquo modo capaces ſunt rationis: qui licet pauca noſcant de diuinis, recognoſcunt tamen deum eſſe patrem iuſtorum. Dicit ergo Iohannes: ſcribo uobis infantes quoniam cognouiſtis patrem, quaſi diceret, ex quo cognouiſtis eũ, debetis eũ reuereri, & prout uobis poſſibile eſt imitari. Vnde mirandum de te eſt, ꝙ tam pueriliter ſcripturam citare audes, ſed cæcatus tua impietate corradis ex ſcriptura, quicquid poteris, ut ſpeciem aliquam nugis tuis facias.

Lutherus.

Puerorum baptiſmus uenit ab Apoſtolis ſicut

cut ſcribit be. Augu. Etſi rebaptizatores puta-
uerint ſe nõ ſatis his omnibus uictos, coguntur tñ
utcunq; cõtentioſi fuerint, formidare, & timorẽ
habere ſe iniuſte agere, & ſup incerto fundamẽ
to rebaptizare. Cũ aũt incerti fuerint, cõcluſum
eſt eos iniuſte agere, quoniã in cauſis diuinis nõ
debet qs incertus eſſe. Si eñ rebaptizator q nõ
eſt ceruicoſus audit, q similiter ſicut Iohannes
credens eſt factus & ſanctus, quando Chriſtus
uenit & loquebatur per os matris ſuæ. Sic etiam
puer ſit credens, qñ Chriſtus in baptiſmate lo-
quitur ad eum, per os baptizantis, quia ſua uerba
ſunt, & ſuum præceptum eſt. Et uerbum eius nõ
poteſt reuerti uacuum. Cogitur rebaptizator
dicere, poſſet certe eſſe, nec totaliter firmiterq;
negare poſſum, nec poſſum ſcripturam cõtra p
ducere. Si autẽ non põt firmiter & bono funda-
mento negare, Nõ poterit etiã ſuã rebaptizatio
nẽ firmiter manu tenere: qm oportet eũ prius
firmiter oñdere, q pueri ſine fide baptizentur, ſi
debuerit rebaptizationem confirmare.
Sic puto ſatis oñſum, fundamentũ eorum incertũ
eſſe, & meram præſumptionẽ. Reſponſio.
Puerorum baptiſmum ab Apoſtolis uenire, ne
gant rebaptores, negantq; Auguſtinum, Et di-
cunt ſe claram ſcripturam habere Mat. & Mar
ci ultimo, q credentes ſint baptizandi. Nec ti-
ment ſe iniuſte agere, & ſuper incerto ſe reba-
ptizare fundamento, qa dicunt ſe certã & clarã
ſcripturã hrẽ. Tu aũt clara ſcripta oñdere neqs

pueros credere, quare tu super incerto & obscuro ædificas.

Et quid bea. Augustinum contra illos producis, qui non recipis illum contra te productum. Similitudo aūt tua de Iohanne baptista, & reliquis pueris satis tibi soluta est per dicta superius.

Sic satis ostensum habes fundamentum tuum incertum esse, Est meram non solum præsumptionem, sed etiam impiam ignauiam, quæ militat contra doctrinam catholicam, a qua tu defecisti.

In quo tamen non approbo anabaptistarum perfidiam, quę non nisi doctrina catholica uere confutari potest, & explodi: sed indico Lutheranos, Norici sint siue Vandalici parū uł nihil facere cōtra anabaptistas, quia ꝓcedunt ex doctrina falsa, doctrinæ catholicę aduersa, quæ sola contra omnem triumphat impietatem & perfidiam

Multa alia, quæ insuper dicit Lutherus de fundatione baptismi, uel super fide, uel super uerbo dei, & de abusu baptismi, pie lector consulto præterire uolui, quia facile soluuntur ꝑ ea, quæ superius dicta sunt de fictione, qua acceditur ad baptisma.

Dicit tamen nonnulla, quæ præterire nec debeo nec possum, quin eis respondeam, quæ insuper uideamus.

Lutherus

Lutherus.

Nos nondum, nec in Papatu, nec in omnibus factionibus, uidemus tales uiros, qui tam potēter scripturam tractent & exponant, sicut sunt in latere nostro, de gratia dei quod non est minimum donum spiritus. 1. Cor. 12. Videmus autē bene apud alios ueros diaboli fructus &c.

Responsio.

Nos poma natamus. Non sumus sicut cęteri. Et quidem uere. Quia à seculo uisi non sunt, qui adeo uiolenter & impie torqueant, & adulterent scripturas, sicut uos facitis: quorum fructꝰ uere sathanici sunt & beliales, quia abducunt ab unitate ecclesię catholicæ, in q̃ sola salꝰ est. Et libertatem quàm Christus suæ ecclesiæ attulit, in occasionem carnis uertunt.

Potenter quidem scripturam tractant & exponunt, quia uiolenter contra sensum suum natiuum & germanum, quem sola habet ecclesia catholica Christi sponsa, cui ꝓmissus est à Christo spiritus ueritatis qui illam in omnem perducat ueritatem Iohan. 16.

Lutherus.

Verum est ꝙ quis credere debet ad baptisma at super fide nemo debet baptizari, aliud eñ est longe fidem habere, & super fide baptizari.

Qui se facit baptizare super fide, non solum incertus est, sed etiam idolatricꝰ abnegatus Chr

ſtianus, quia confidit & ædificat ſuper ſuo, præſertim ſuper dono ſuo, quod dedit illi deus: & non ſolum ſuper dei uerbo, ſuper quo qui baptizatur, & ſi fides ibi non eſſet, nihilo minus uerus ibi eſſet baptiſmus, & certus, quia fit ſicut deus præcepit.

Vtilis quidem non eſt incredulo baptiſmus, propter ſuam incredulitatem, ſed ideo non eſt non rectus, uel incertus, uel nihil.

Reſponſio.

Ad deum fide acceditur, & ſine fide impoſſibile eſt placere deo, ad Heb. 11. Quia per fidem uenitur in gratiam, qua quis placet deo, & illa gratia datur in baptiſmate. Quare baptiſmus prærequirit fidem uel eccleſiæ uel perſonæ baptizandæ, loquendo de fide actuali.

Qua propter in fide per uerbum Chriſti, quis baptizatur in aqua & ſpiritu ſancto, & recipitur in pactum, quod Chriſtus fecit cũ Chriſtianitate. Quare fatua & inutilis eſt contentio, an quis baptizetur ſuper fide uel ſuper uerbo Chriſti, ſuum autẽ negociũ qa in tenebris ambulat, ideo tales tenebras oculis ſimpliciũ obijcit & ĩgerit. Quod autem dicis uerum baptiſma eſſe, etiamſi fides ibi non eſſet, quia fit ſicut deus præcepit. Reſpondeo lotionem ibi eſſe, ſed qa nullus effectus baptiſmalis eſt ibi, propter quẽ baptiſmus inſtitutus eſt à Chriſto, ideo non eſt uerus baptiſmus, ſed duntaxat analogicus, hoc

eſt

est secundũ qd,iuxta ea q̃ superius dicta sunt de fictione.c.9.Fit quidẽ sicut deus p̃cepit, q̊ ad æq̃lem ablutionem,sed non sicut p̃cepit,scilicet ex spũ sancto:qa nullꝰ effectus illius est ibi propt̃ fictionem,de qua supra, loquendo de fictione primo modo dicta. Quare sic lotus in aqua cũ uerbis Christi relauandus est, & tunc uere baptizatur in fide uera,quam habet ecclesia catholica,si illam tenet in corde & profitetur eã ore: sic enim,ut ad Ro.10.dicitur, corde creditur ad iusticiam,& oris confessio fit ad salutem.

Sed quia tu non ponis caracterem baptismalẽ cum ecclesia catholica,& quiescis in fictione secundo modo dicta,in qua uere baptizatur,& si sine gratia,igitur super illo uadunt omnia tua delyria,quæ longis & ociosis uerbis hic effundis,etiam ad nauseam usq;. Lutherus.

Qñ totũ hoc,minꝰ rectũ uel nihil esse deberet, q̊d inutile est infidelibꝰ,tunc nihil rectũ nihilq; bonũ remaneret,qm̃ euãgeliũ est oĩ mundo prædicandum ex præcepto Christi, sed infideli audiẽti ẽ inutile,deberet ne ergo euangelium minus rectum euangelium esse? Deus ipsi impio est inutilis, deberet ne ideo non esse deus?

Respõsio.

Similtitudines illæ nullę sunt & nihil probant.Quia euangelium non dicitur ex eo euangelium,q; conferat aliquid audienti, sed quia ẽ bonũ nũciũ,q; remãet,audiẽs illi credat nec ne.

Nec

Nec deus ideo dicitur deus q utilis sit alicui, sed alia ratione, baptismus autem uerus ideo talis dicitur, quia est ablutio effectiua. quare si nihil efficit ut in ficto primo mō fictionis, nō ē uerus baptismus. Miror te talibus contendere, & tam frigidis comparationibus & similitudinibus uti, sed quid miror, quando rationibus etiam magis futilibus & inutilibus utaris.

Lutherus.

Quod autem puerorum baptizatio recta sit. Et q etiam credant, persuadebimus rationibus multis & fortibus.

Primo quia ex quo talis baptizatio puerorū uenit ab Apostolis, & ab illorum tempore hactenus durauit, non possumus prohibere. Eò q nemo hucusq ostendere potuit, q pueri in baptismate non credant, uel q talis baptizatio sit iniusta, & cętera.

Mala res esset si crederemus baptisma puerorum esse inutile, & nihilominus baptizaremus eos sicut Valdenses faciunt.

Respōsio.

Puerorum baptizationē uenire ab Apostolis, & durasse usq ad tempora nostra, non inficior ego iuxta superi⁹ dicta: at anabaptistæ hoc negant, cum quibus agis, quare nihil contra eos probas. Satis autem tibi probatum est, pueros in baptismate non credere, eò q credere sit act⁹

ratiōis.

57

rationis, quàm tu negas in pueris.

Fateor rem malam esse &c. sed an Valdēses tui hoc faciant nescio. Si faciunt uel rebaptizāt uel non rebaptizant. Si rebaptizant, quare non puniũtur à principibus, sicut fit alibi. Si autem non rebaptizant, credere habent pueros suos omnes damnari, iuxta uerbum Christi Iohā. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei.

Lutherus.

Secundo magnum indicium hoc est, ꝙ nulla hæresis finaliter perstetit, sed semper etiam in breui ut dicit bea. Petrus uenit ad lucem & abijt in scandalum. Sicut bea. Paulus de Iamne & Mambre infert, & similium quorum insipientia finalit̄ omnibus facta est nota.

Si nunc puerorum baptismus non esset rectus, non permisisset deus illum tam diu transire. Nec tā communiter in omni Christianitate seruari, oportuisset tandem uenisse in scandalum coram omnibus.

Quod autem iam anabaptistæ baptisma puerorum infamant, non refert, quia nondum deduxerunt, nec uocatur in scandalum abijsse.

Similiter sicut nunc deus cōseruauit, ut Christiani in omni mundo bibliam pro biblia, pater noster, pro pater noster, fidem puerorum, ꝓ fide tenent, sic etiam puerorum baptisma conseruauit, et non permisit interire, et tamen omnes

heræses

hæreſes interierunt quæ potentiores fuerunt, quam puerorum baptizatio Tale miraculũ indicat, q̊d oportet baptiſmũ, puerorum eſſe rectũ.

Tale aũt non fecit deus in Papatu, qui etiam res recens eſt, ſed nunquam apud omnes Chriſtianos in omni mundo recepta, ſicut baptiſma puerorum, biblia, fides, pater noſter &c.

Reſpõſio.

Trãſeant hæc omnia, donec dicis Chriſtianos in omni loco fidẽ puerorꝫ ꝓ fide tenere. Quia ueri Chriſtiani nõ tenẽt pueros propriã habere fidem actualem, q̃ credant dũ baptizant, ut ſatis oñſum eſt hactenus, quare ex falſo procedis ut ſoles. Fateor etiã oẽs hæreſes, recẽtiores puerorum baptiſmate, interijſſe, ſed dico te multas illarum renouare & nouas addere, quæ iã noſtram polluũt Germaniam, ſeculari ptãte te cũ tuis erroribus defenſante, at tandem experieris quã ſapienter & uere cõſuluit Pſalmiſta qñ dixit: Nolite confidere in principibus, nec in filijs hominum in quibus non eſt ſalus.

Papatus incœpit in Petro, & durauit uſqꝫ huc, & res recens tibi uidet: dicisqꝫ Papatũ nunq̃ apud omnes Chriſtianos in omni mundo receptũ eſſe. Ego autem dico tibi, ip̃m ab hæreticis nõ eſſe receptũ, qui ſi tibi Chriſtiani uidentur, poteris portionẽ tuã cũ illis locare, qñ Chriſtiani ſunt tales qualis tu es cum tuis &c. Conciliũ gñale et plenariũ, primã ſedẽ decreuit Romanę

ecclesiæ,

ecclesiæ tãq̃ capiti ecclesiæ catholicæ, in q̃ eccle sia Ro. p̃sidet Papa, tãq̃ singularis ep̃us eius. Et cũ hoc p̃sidet ĩ ecclesia catholica, tãq̃ ecomenic⁹ & pastor gñalis, ne fiãt scismata in ecclesia dei sancta, ut tradit be. Cyprianus &. S. Hieronim⁹ & idẽ habet doctrina catholica, cui credere q̃ noluerit, credat tibi, & tecũ erit scismaticus hæreticus.

Lutherus.

Sed dices hoc nõ cõcludere certũ esse baptism puerorũ, cũ nullũ dictũ sit ibi ex scriptura. Rñdeo uerũ esse, q̃ non satis fortiter concludit cũ dictis scripturæ, q̃ baptisma puerorum potuit incipere apud primos Christianos, cocludit tñ q̃ nostro tẽpore nemo puerorũ baptisma abijcere poterit bona cõscientia, propter longũ usum. Eo q̃ deus facto nõ solũ patit̃, sed etiã manu tenet ab initio q̃ nunquam interijt. Qm̃ ubi uidetur dei opus, cogitur quis æq̃ cedere & credere, sicut ubi uerbũ eius audit̃. Nisi aperta scriptura tale opus indicet declinandum, sicut Papatum. Quem transire permitterem sicut opus dei. Sed quia scriptura contra illum est teneo ipsum pro opere dei. Non quidẽ pro opere gratiæ, sed iræ, quod fugiendũ est. Sicut omnes aliæ plagæ sunt etiã opera dei, sed in ira nõ in gr̃a.

Respõsio. Dicerẽt tibi anabaptistæ longum usum, malũ nõ esse usum sed abusum, Et q̃ deus iudaismũ patit̃ ac manu tenet, q̃ etiã nunq̃ interijt, quare nihil probas contra illos.

Sed

Sed quod dicis scripturam esse contra Papatum, libenter audirem à te quæ sit illa, cum mihi constet scripturam esse pro Papatu quo ad rem eius, & si non quo ad nomen, iuxta superius dicta.

Promittitur enim Petro Matth. 16. & datur ei Iohan. ultimo.

Sed Papatus est tibi opus iræ & non gratiæ, quia punit te excommunicando, propter pertinaciam tuam in hæresibus tuis.

Lutherus.

Tertio. Dei opus similiter est, quod omni tempore quo pueri baptizati sunt, deus dedit magna sancta dona multis, illuminando & fortificando eos in spiritu sancto, & intelligentia scripturæ, & magna fecit per eos in Christianitate. Sicut Iohanni Hus & socijs eius illo tempore, & ante eum multis sanctis.

Respõsio.

Quid si tibi diceret quispiam, uel etiam anabaptista, quòd in parœmijs est, quando de Husso & eius socijs loqueris. Mulus mulum scabit. An putas nos latere qualis hæreticus fuerit tuus Hussus cum socijs suis? tu illum dicis sanctũ, quem ecclesia iudicauit & damnauit tanquam hæreticum: tibi ne credemus potius quam ecclesiæ sanctæ? Nonne te ipsum declaras qualis sis, quando cum hęretico portionem tuã ponis.

Vellem

Vellem te meōrem esse eorum, quę ad Leonem decimum scripseras. Et eorum quæ in disputatione Lipzensi in Hussitas dixeras. Sed licet tibi, tanquam uertūni mancipio, proteum agere, ut uaria sit tua doctrina ac peregrina, à quibus cauendum hortatur ad Hæb. 13. Apostolus. Iohannes Hus cum suis socijs digna factis recepit, quæ & tu cum tuis suo tempore recipietis, nisi resipueritis. Nondum uestra produxistis q̄ putatis. Nolite uobis encomium ipsi canere.

Nolite trīumphum petere ante uictoriam, quando quid futurum sit nesciatis. Nisi etiam pro dijs haberi uolueritis, quorum nullum cū hominibus est commercium.

Lutherus.

Quarto. Si puerorum baptismus nō esset rectus, sequeretur in mille annis & ultra, nullum baptisma & nullam Christianitatem fuisse, q̄d est impossibile, quia sic articulus fidei falsaret: Credo unam sanctam ecclesiam Christianam. Quia supra mille annos fuit q̄si merus puerorū baptism⁹. Et si nō ē recta illa baptizatio, erat tā diu christianitas sine baptizatione: & si fuit sine baptismate, certe non erat christianitas, qm̄ Christianitas est sponsa Christi, q̄ subdita Christo ac illi obediens, habet spiritum eius, uerbū eius, baptisma eius, sacramētum eius, & omne quod habet Christus. Et uere si puerorum ba-

tisma non esset commune in omni mundo, sed esset apud aliquos dumtaxat acceptū (sicut Papatus,) possent anbaptistæ colorē habere, & susceptores arguere, sicut nos arguimus spirituales, q̄ sacramentum oblationem fecerunt, q̄d apud Laicos tamen sacramentum remansit.

Quia autem in omni mundo per totā Christianitatem baptismus puerorū trāsiuit usq; hodie, nulla apparentia est, q̄ nō sit rectus, sed forte indicium q̄ rectus sit.

Respōsio.

Dictū tuū instantiā patit̄ in cathecuminis, quorum multos habuit ecclesia intra tempus à te præscriptū. Articulus fidei est, Credo sanctā ecclesiam catholicam, non Christianā: & si catholica ecclesia sit uere & sola Christiana, uos aūt scismatici, qui desciuistis ab unitate ecclesię catholicæ, uenenū absconditis sub hoc noīe ecclesia Christiana, & uultis uestram ecclesiā cōprotinā esse Christianā, nō n̄ram catholicā.

Christianitas, quæ est ecclesia catholica, est uera Christi spōsa, & habet spiritū eius, qn̄ tua colluuies scismatica spiritum habet sathanę, q aduersatur spiritui Christi.

Quod aūt Papatum iterum sugillas, & semp de illo eandē lyram canis, satis notescere facis, quantū ille cor tuū cruciet & torqueat, infectū perfidei lepra. Tædet autem atq; pudet me toties tuæ insultationi & petulantiæ pestiferę respōdere

ſpondere, Sapiētis parenesis eſt: Ne reſpōdeas ſtulto iuxta ſtulticiā ſuam, ne ſimils ei efficiaris Ego tamen tibi iuxta tuā ſtulticiam reſpōdeo, nē tibi ſapiens eſſe uidearis. Et ſi fruſtra hoc q̄ ad te faciam, quando Prob. 17. dicit: Si ſtultum ī pila contuderis quaſi tiſanas, feriente deſuper pilo non auferet ab eo ſtulticia eius. Tu iteras atq; iteras Papatus ſugillationē, qui in ſcriptura fundatur, & ſanctorū authoritate atq; eccleſiæ catholicę confirmat. Quare iure optimo in te cōgruit illud Pro. 26 Sicut canis qui reuertit ad uomitum ſuū, ſic imprudens qui iterat ſtulticiam ſuā. Tu multa loqueris de mille annis, quibus uiguit puerorū baptiſmus ſine contradictiōe, Papatus autem multo amplius uiguit & ſtetit, cui nemo contradixit pertinacit, præt hęreticos, qui non ſunt de eccleſia catholica. Quapropter crebra repetione ſugillationis ipſius Papatus, quid aliud facis, quā q tuū odium tuamq; imprudentiam omnibus aperis? Dicis uos arguere ſpirituales, q ſacramentum oblationē fecerint. Quid ſi argueris deum, q te cum tuis in reprobum ſenſum tradidit, ideóne iniq; & iniuſte fecit? Tu arguis quod uis, & non eſt ratio tibi alia, quam tua uoluntas peruerſa.

Sacramentum euchariſtiæ in miſſa, ſacramentum eſt & oblatio: at extra miſſam ſacramentum quidem eſt, ſed non oblatio ſiue illud ſumat Laicus ſiue ſacerdos, quare oīa quę dicis

nihil sunt præter uerba futilia & inutilia.

Lutherus.

Quinto hic consonat scriptura, ubi de antichristo dicitur 2. Thes. 2. Quod sedere debeat in templo dei, de quo fusius supra audiuimus. Si est templũ dei, nõ est fouea hæretica, sed recta Christianitas, quam oportet rectum baptisma habere. Vbi oportet nullum esse dubium. Sed nec uidemus nec audimus aliud baptisma, quã puerorum, tam sub Papa quam sub turca, & in omni mũdo. Item ꝙ Christus iubet pueros uenire ad se Matth. 19. & dicit ꝙ regnum dei sit eorum. Item ꝙ Apostoli integras domos baptizauerunt. Et ꝙ Ioannes scribit infantibus, et ꝙ San. Ioannes in utero matris credidit, sicut supra dictum est. Si aliqua horum dictorum satis non fecerint uertiginosis, nihil ad me, satis est mihi ꝙ cuilibet os obstruũt, ꝙ dicere nõ possunt baptisma puerorum nihil esse.

Sit etiam eis incertum, satis est mihi ꝙ amplius non possunt ipsum sic in nihilum redigere, sed sub dubio apud se relinquere. At nobis certum est satis, quia non est contra scripturam baptismus puerorum, sed conformis illi.

Responsio.

Tu impie & pessime scripturam torques, qñ ea quæ Paulus dicit de antichristo personali, in Papã cõfers, uocãdo illũ antichristũ, cũ tu uer⁹ ꝓcursor sis antichristi ꝑsonalis, de q̊ loquit̃ Apostolus Paulus. Nec

Nec pertinet tua factio ad christianitatem cui prçsidet Papa, sed ad ecclesiã coprotinã & malignantium. Nec reliqua quæ adducis aliud faciunt contra anabaptistas, ut satis tibi in supra dictis ostendi. Vtcunq; autem tu alios crimineris & uertiginosos uocaueris. Non est magis uertiginosus unquam uel uisus uel auditus quã tu es, qui recte antesignanus inter uertiginosos & haberis & uocaris. *Lutherus*.

Sexto. Quia deus pactum suũ facit cũ omnibus gentibus per euangelium, & baptismũ imponit in signum, quis potest ibi excludere pueros? Si antiquum pactum & signum circumcisionis filios Abrahæ fecit fideles, ita q̃ populus dei erant & uocabantur., sicut dicit: Ego uolo esse deus seminis tui, oportet nouũ pactũ & signũ eius efficacius esse, et in populũ dei eos q suscipiunt facere. Nunc mandat ipse q̃ oĩs mundus, nemine excluso, debeat suscipere, scilicet pactum hoc, & signum pacti. Super q̊ mandato baptizam⁹ secure omnes, sine ijs qui se opponunt, & tale pactum nolũt suscipere.

Cum autem secundum mandatum eius oẽs baptizamus, permittimus eum curare quõ baptizati credant. Nos satis fecimus quando p̃dicamus & baptizamus.

Si nunc non habuerimus singularia dicta de puerorũ baptismate, sic nec ipsi habẽt, q̃ de senibus baptizandis loquãt. Habem⁹ tñ commune

 euãge-

euangelium, & commissionem communis baptismatis, ut illud omnibus porrigamus. In quo oportet & pueros inclusos esse. Nos plantam⁹ & rigamus, & sinimus deum dare bñdictionẽ.

Responsio.

Pactum dei, tam in nouo quam in ueteri testamento, principalius est in deletionem peccati originalis, quo deleto quis asscribitur populo dei. Illud autem sicut circuncisione delebatur in semine Abrahæ, sic nunc deletur in baptismate. Cuius, ut anabaptistæ dicunt, capaces non sunt pueri, iuxta superius dicta, quare nihil contra illos probas. Et quamuis Iohannis. 3. mãdet Christus in communi omnibus baptismum, dicunt tamen anabaptistæ Christum Mat. ultimo se exponere, quando dicit. Euntes docete oẽs gentes baptizantes eos &c. Vbi indubie loquitur de adultis, quia pueri non sunt docibiles, q̃re iterum nihil probas contra illos.

Quod autem dicis pueros credere. Respondeo ego te hoc nondum probasse, qui satis superq́ ibi probaui eos nõ credere, iuxta supius dicta. Quod uero dicis, eos non habere singularia dicta de senibus baptizandis, hoc ipsi negant, qa Matth. ultimo & Marci ultimo satis insinuatur adultos esse baptizandos, qui docibiles sunt & credere possunt: tu autem ludis cum hoc uocabulo senibus, sicut alibi cum uocabulo purgatorij, atre nota, de uocabulis nulla ẽ habẽda cura.

Plantatio

Plantatio autem tua atq; tuorum, belialis est & sathanica, ideo incrementum non habet nisi in maledictione. Eo q Christus dicat: quod non plantauerit pater meus eradicabit, q pater Christi pater tuus & tuorum non est, propterea quod desciuistis ab unitate ecclesiæ catholicæ, de qua dicit S. Cyprianus in epistola quadam. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est et pudica, quisquis ab illa segregatur, adulteræ cõiungitur. Nec pertinet ad Christi premia, q relinqt ecclesiã Chri, alienus est, prophanus ẽ, hostis est. Et tandẽ inferens dicit: Habere nõ potest deum patrem, qui ecclesiam (scilicet catholicã q̃ sancta credit.) nõ habet matrẽ. Lutherus.

Sũma. Anabaptistæ temerarij sunt, quia nõ respiciunt baptisma pro dei ordinatiõe uel pcepto, sed ac si esset humanũ negocium, sicut alij usus multi ecclesiæ sunt sub Papa. Sicut sunt, cõsecrare & bñdicere aquã, sal, herbas &c. Quia si tenerent pro dei ordinatiõe & mãdato, nõ tam blasphemе & scandalose de hoc loquerentur, si etiam minus recte quis uteretur. Cum aũt sint in stulta illa existimatione, q baptizare sit quasi aquã, uel sal benedicere, uel cappam uel capitis coronam portare, erumpunt & uocant canicu-lare balneũ, & manũ aq̃ plenam, & multa taliũ uerborũ abominabiliũ. Sic q euangeliũ pro recto dei uerbo tenet, nõ blasphemat, et si sint multi q nõ credãt nec acceptẽt, uel etiã falsе utũt. Qui aũt pro dei uerbo ipm nõ teneret, facile erũpet blas-

phemando & dicendo:fabulæ sunt,neniæ sunt, uel stulta eloquia,uel his similia.

Respōsio.

Summa. Vtinam tu temerarius non esses & falsus calūniator, Sciunt anabaptistæ baptismū præcipi in euangelio,tu autem eos infamas, q̃si teneant eum esse ex humana traditione. Infirmare etiam uideris ecclesiam catholicam in sacramentalibus suis, quasi hæc horum nullam possit reddere rationem. Et si tu cappam tuam Augustinianam hactenus portasses,cum corona capitis tui,& in tua professione mansisses,nō tot scandala mundo dedisses.

Quando Augustinianæ religionis candidatus eram ego,tu nō satis illam mihi poteras commendare, at nunc derisor eius factus & destructor,quid aliud facis,quā ꝙ pró cucullo religioso bardocucullum geris:ut in illo placeas mundo,ad quem redieras tanquam canis ad uomitum, & sus lota ad uolutabrum suum.

Tu improperas anabaptistis uerba sua blasphema in baptismum puerorum,tanquam talpeus in proprijs,& lynceus in alienis. Non sunt auditæ similes blasphemiæ, etiam ab initio nascentis ecclesiæ,quas tu cū tuis effudistis,& quotidie effunditis in ecclesiam catholicam , & in prælatos & ministros eius.

Sed uos impeccabiles estis,quia doctrinam uestram,ut dicitis,de cælo habetis.

Lutherus

Videres certe, si anabaptistæ debuissent in principio suam opinionem bono probare fundamento, quod non multos seduxissent, quando nihil stabile nihilque certum pro se habent.

Per hoc autem multos sibi associant, quod magna, ampullosa, & blasphema uerba effundunt contra baptisma paruulorum. Quoniam nouit sathanas, quod quādo stulta fex populi talia audit uerba, accurrit & mox credit. Nec alterius quærit uel fundamentum uel rationem.

Sicut cum audit baptismum paruulorum esse balneum caniculare, & baptizatores uocari falsos, & nebulonicos seruos balneares, tunc enim erumpit & dicit: eia sic se permittat baptizare diabolus. Scandalizet deus falsos illos balneares seruos, hoc est fundamentum eorum, ibi quiescunt, nec amplius hn̄t q̊ baptisma uexent. Quoniā omnes quos audieram mecū loqui de talibus rebus, quando talia blasphema uerba finem habuerunt, steterunt tanquam masculi & uirunculi rasi, & nihil amplius ibi erat, quo suū tuerentur errorem. Sic sathanas blasphematores sacramenti omnino decipit, qm̄ ex quo sentit, quod nihil certi producere possunt pro nugis suis, pergit & replet populari feci aures, talia ingerendo blasphema uerba: quod Sacramentū nostrum sit comestio carnis, & bibitio sanguinis, quæ uerba ubi finem habuerint, omnis illo

rum ars pariter finem habet.

Sic hodie faciunt iudæi, ut pueros suos in sua contineant perfidia, blasphemant Christũ abominabiliter, uocantq; eum thola, & mentiũtur de eo impudenter, hoc autem absterret cor simplex & innocens, & seducit ad Rom. 16. Quare benefacere habent, qui põpaticis blasphemationibus ducere possunt, quo uolunt homines. Et non habent, nec est necesse eis sui erroris certum indicare fundamentum. Si autem rem suam prius stabiliter fundassent, locum haberet ut mendatio sua taxatio legeretur, & colere suo pingeretur.

Responsio.

Et tu nihil stabile nihilq; certum pro te habes, quando impugnas Papatum & ecclesiam catholicam, & tamen multos seduxisti & quotidie seducis, & quidem multo plures, quam rebaptizatores, cum tua secta amplior sit secta illorum. Et quid dicis de ampullosis & blasphemis uerbis, q̃ illi à te & tuis didicerunt, qui utiq; pluribus & maioribus es usus in fecis popularis seductione, quam te & errores tuos sequi cernimus. Quod autem de blasphematoribus sacramenti, quales tu illos uocas, dicis, quis non ridebit? quando error tuus maior sit errore illorum de sacramento eucharistiæ, ut alibi ostẽdi. Comparatio uero de iudæis, recte tibi congruit & anabaptistis, at Paulum ad Roma. 16. nihil

reperio

reperio dicere eorum, quæ tu proponis, sed a t
ibidem: si quis non amat dominum nostrum Ie
sum Christum, sit anathema maranatha, sed qa
tu illum non amas, eo q̃ ecclesiam eius spon-
sam persequeris, uide quid tibi imprecetur A-
postolus.

Si quis autem omnes errores tuos recte tecum
depingere uellet, non modicus illi labor incum
beret. Sed quia te ipsum satis pingis plumis o-
mnium penè hæreticorum, sufficienter cernitur
quam formosa sis cornicula, quæ risum præbet
uniuerso mundo, inuenisti autem aptum prò te
seculum: quando talia labra tales requirant la-
ctucas?

Lutherus.

Ex q̊ scimus q̃ baptismus est opus dei, imposi-
tũ à deo ac præceptũ, nõ respicimus ad abusum
impiorum, sed simpliciter super ordinatione
dei, & inuenimus baptisma rem cœlicam & san
ctam esse, & in omni honore tenendã, sicut oẽs
alias dei ordinationes & pręcepta ut æquũ est.
Quod autẽ multi abutunt̃, ea non est culpa ba
ptismatis. Nisi quis uellet etiã euangeliũ, tanq̃
pigrum sermunculum blasphemare, proptere
q̃ multi abutuntur eo.

Cũ aũt anabaptistę nihil ꝓ se habeãt, quod ego
uiderim & audierim, præter ampullosa uerba
ac blasphema, merito ab omnibus sunt cauendi,
tanquam nuncij diaboli, in mundũ missi ad bla-
sphemandũ dei ordinationẽ, & dei uerba, ne cre

dant homines & salui fiant, quoniam aues sunt illæ quæ semen super uiam seminatum uorãt Matth. 13.

Responsio.

Negant anabaptistæ baptisma paruulorum tale opus esse, de quo tu loqueris, at de baptismate adultorum tibi consonant, quare nihil contra eos probas.

Dicũt etiam illi, se scripturam pro se habere, iuxta superius dicta, & ideo sibi iniuriam à te fieri. Possent autem catholici omnia hæc in te retorquere, quæ tamen improperas anabaptistis, & te remittere ad id, quod manticæ in tergo est.

Lutherus.

Vltimo dicam Quod si quis nunquam baptizatus fuerit, crederet tamen firmiter se baptizatum esse recte & bene, huic satis esset fides sua, quia sicut quis credit, sic apud deum habet, & credenti omnia sunt possibilia. Et is non posset baptizari sine præiudicio fidei suę.

Quanto min⁹ rebaptizari debent, qui certi sunt se baptizatos esse, siue tunc crederint siue non crediderint, quoniã anabaptistæ nõ possunt certi esse, suam rebaptizatiõem rectam esse. Ex eo ꝙ suum rebaptizare fundant super fide, quam tamen scire non possunt, & sic ludunt in incerto cum sua rebaptizatione.

Peccatum est & tentatio dei, qui in causis diui-

nis

nis incertus est & dubius. Et qui incertam opinionem pro certa ueritate docet, æq; mentitur cum eo, qui aperte contra ueritatem loquitur. Quia loquitur quod ipse nescit, & tamen ꝓ ueritate uult hoc habere. Qñ autem super commissione dei & pręcepto, uellent fundare suum baptizare, mox uiderent rebaptizationem inutilem esse, & sine necessitate, cò ꝙ diuino præcepto prius satisfactum esset cum prima baptizatione.

Responsio.

Transeat casus ille, per hoc autem nihil probat contra anabaptistas, qui utiq; cum suis bis tinctis certi sunt, an crediderint nec ne in sua rebaptizatione, quia crediderunt uolentes. Scit enim adultus certe quando assentit credibilibꝰ.

Nec fundant suum rebaptizare super fide, ut tu de illis loqueris, sed dicunt fidē pręcurrere, iuxta uerbum Christi: qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Marci ultimo.

Quantū autem tu pecces & deum tentes, qui errores pro ueritate doces pene innumeros, tibi uidendum relinquo. Habent autem anabaptistæ adultorum baptisma in nostro tempore pro diuino opere & præcepto. Non autem puerorum, quare nihil contra illos probas, sed aërem longis ambagibus, & longo uerborum syrmate uerberas, sed incassum. Et mirꝝ ꝙ te nō pudet, tantæ loquacitatis futilis & inutilis.

Lutherus

Lutherus.

Ad hoc blaſphemant,& negant dei mandatum & opus. Quia ex quo primus baptiſmus eſt dei mandatum,& huic operæ ſatis factum eſt. Et tamen dicunt iniuſtum eſſe & caniculare balneũ. Et quid hoc eſt aliud dicere, quàm ꝙ dei mandatum & opus, iniuſtum ſit & balneum caniculare. Et non dicunt hoc ex alio fundamento, quã ꝙ uolunt fidem certam habere in baptiſmate, & tamen non poſſunt eam certam habere. Hoc uocatur pro incerta opinione, certum dei mandatum & opus, temere & ſcandaloſe negare & blaſphemare.

Reſpõſio.

Audio te multum ſtrepere & crepare, ac anabaptiſtis, nec non bis tinctis ualde iraſci. Sed nihil adhuc audio, quo uere illos poſſis cõfutare. Verba effundis & ſpargis multa, pro quibus ipi tibi reddunt uerba, & ita lis ueſtra uaneſcit in aërẽ. Doctrina autem catholica, quæ eſt ſcientia ſanctorum, hanc contentionem ueſtram uanam et inutilem ridet, & remanet cum praxi eccleſiæ ſanctæ, quæ ſilentium imponit omni impietati & perfidiæ.

Lutherus.

Pono primum baptiſmum eſſe ſine fide, dic mihi utrum maius ſit inter hæc duo, & magis præcipuum: uerbum dei, uel fides, eſt ne uerum: dei uerbum maius eſſe & principali⁹ fide ; eo ꝙ uerbũ

dei

dei nō super fide, sed ediuerso se fundat fides super uerbo dei. Ad hoc, fides est nutās & uariabilis, uerbum autem dei manet inæternum, quare potius fidem reiterare & nouare deberent, q̄ dei uerbū &c. Cū igit̄ talis baptisma doctrina omnino incerta est, in qua tanquam mendaces inueniuntur, negant ad hoc & blasphemant dei ordinationem ex incertis nugis, & uertunt posterius ĩ pri⁹, fundāt dei ordinationē & op⁹, super opere humano & fide, quærunt baptisma ubi fidem quærere deberent, & sic fiūt tanquam errantes incerti & peruersi spiritus, & uincuntur testimonio scilicet propriæ doctrinæ. Cauebit autem sibi quilibet Christianus probus ab eis, sicut salutem animæ suę diligit, quod iuuet & præstet Christus dn̄s noster. Amen.

Respōsio.

Non est primum baptisma sine fide ecclesiæ, in q̄ baptizant̄ pueruli, sed est sine fide personali illorū paruulorū. Quare nihil ē positio tua, nihilq́ est comparatio tua, quam facis de fide & uerbo dei. Sunt enim hæc omnia pręter scopum, propter quod merito te hic ridebūt anabaptistæ. Qd' autem dicis fidem nutantem esse, nihil est, quia fides actualis ecclesiæ, in qua baptizantur paruuli, non nutat nec uariatur: at fides personalis in multis nutat & uariatur, utq́ in te, & in omnibus qui à fide ecclesiæ exciderunt.

Etiam

Etiam fides actualis est firma adhæsio credibilium, & si ineuidens sit notitia, quare nõ nutat sicut opinio, quæ est cum formidine de opposito, ut te etiam philosophi ethnici possunt docere.

Lutherus.

Nondum tamen totaliter scio fundamẽtum eorum, sed iratus est diabolus, & proijcit centenarium in millenarium, & procurat tam uariã intricationẽ, ꝙ quasi nemo scit quid credat. Anabaptistę tenent cum hostibus sacramenti, ꝙ solus panis, & uinum solum sit in cœna. Sacramentarij autem aliter tenent de baptismo, quã anabaptistæ. Nec inter se concordes sunt sacramentarij. Nec anabaptistæ inter se sibi consonant, sed contra nos concordant.

Sicut Papatus, in tot innumerabiles sectas presbyterorum & monachorum diuisus, hactenus sese inter se comederunt, at nunc super nos concordant.

Seculares principes & domini etiam sic se habẽt. Oportet enim Pilatum & Herodem super, & contra Christum fieri concordes, qui aliâs exitialiter sibi inuicem inimicantur.

Est tamen error rebaptizantium tollerabilior, quã sacramentariorum in ea parte. Quia sacramentarij redigunt baptisma in nihilum, at illi innouant ipsum, ibi adhuc est auxilium & cõsilium, ut redeant ad id quod est rectum.

Tantum

67

Tantum deniq; expeditum est, quod anabaptistæ incertam opinionem habent, & fidem incertam, ac quod sua non possunt probare.

Respõsio.

Si fundamentum illorum nescis, quid eos impugnas, an nescis, neminem bonum esse iudicem eorum quæ non cognouit? Nunquid nõ pugnas Andabatarum more, qui clausis oculis temere irruunt, et nihil nisi aerem uerberãt?

Recte dicis, ex ira diaboli tantam esse intricationem, quod quasi nemo sciat quid credat, quod in te & in tuos congruit uerissime, qui tam uarij estis, propter doctrinam uestram peregrinã quod pene nihil certi habetis, quod credatis, iusto dei iudicio, quo ira dei cœpit in uos sæuire, dei dico uestri, scilicet sathanę, quia recessitis à uero deo, quando desciuistis ab unitate ecclesiæ catholicæ, & à doctrina eius, quæ est sciẽtia sanctorum. Eadem autem ratio dissensionis in anabaptistis & sacramentarijs est, quæ in uobis Lutheranis cænopycardis reperitur. Quod autem presbyteros & monachos, cum Papatu & cum principibus secularibus, tuæ perfidiæ aduersis insectaris, more tuo facis, qui ad hoc natus es totus, ut bonis detrahas et malos peiores reddas.

Non est tolerabilior anabaptistarum error errore sacramentariorum ut uocas Oecolampa

dium cum suis. Quia error anabaptistarum, est factiosior errore sacramentariorum, quorum errore tuus error, de sacramento eucharistiæ, longe detestabilior & execrabilior est, utcunque is tanquam tuum inuentum tibi applauserit. Nec inuenio sacramẽtarios ut tu illos uocas, & qb⁹ tam male faues, in nihilum redigere bapti᷑sma. Hoc autem in te inuenio, quod nõ erubescis in quoscunque mentiri, sed audes linguam tuam uirulentam liuoris cote acuminatam, in q̊ſcunque stringere, quo tuæ perfidiæ, quæ maxima est hac nostra tempestate, fucum & colorẽ coram rudi populo possis facere: cuius ruditatem & imperitiam, tuorum facinorum quæris facere operculum & tegumentum. Sed crede mihi uerissimum esse, quod dici solet uulgo. Sub niue quod tegitur, dum nix perit ilico uidetur. Tantum autem per te expeditum est hoc libello, quod non solum te rident catholici, sed etiam ipsi anabaptistæ, quos cœperas impugnare, cũ nescires, ut ipse fateris, eorum qui nitantur fundamentum.

Lutherus.

Non facit aliud sathanas iam per omnes uertiginosos, Nisi quod mere incertum profert, & putat satis esse quando potest superbe & contemptibiliter de nobis loqui, sicut faciunt sacramentariæ factiones.

Si nullus suam opinionem uult facere certe, &

& probare eam, sed omnis eorum conatus est & opera, ut nostrum sensum facere possint suspectum & incertum . Suspitiones illi docent non fidem, & sic uocant scripturam & op⁹ dei.

Videt enim diabolus, ꝙ contra clarum solem ueritatis nihil potest: quare flat in pulueres, & libenter nebulam ante oculos nostros faceret, ne uideamus lumen. Et in nebula proponit nobis meras erroris faces, ut nobis imponat & nos seducat.

Hoc est, quia suum suspicari comprehenderunt, tentant quomodo scripturam adaptẽt, & crinibus illac trahant.

Christus autem hactenus nobis fideliter astitit, qui uelit ulterius sathanã sub pedibus nostris calcari. Et nos omnes custodire à seductione uestri tyranni & antichristi, & gratiose ad suam libertatem iuuare Amen.

Respõsio.

Non facit aliud sathanas Christi aduersarius, iam per omnes uertiginosos, quorum antesignanus tu es. Nisi ꝙ mere incertum, immo falsum contra ecclesiam catholicam & doctrinam eius profert: & putat satis esse, quando per uos apostatas & nebulones pessimos, qui frõtẽ perfricuerunt, & omnem posuerunt pudorem, potest superbe & contemptibiliter loqui de pijs, de ecclesia, & de clero eius. Quod non solum sa

cramentariæ factiones faciunt, sed etiam Lutherani omnes, tam Norici quã Vandalici.

Quorum omnium una est opera, quõ scripturæ sensum catholicum, facere possint dubium et incertum, immo abominabilem & despectum. Perfidiam quoq; docent, & fidem uocant ac dei opus, cum sit opus beliale & sathanicum, perducens non ad cœlum sed ad orcum.

Vere uidet diabolus, se contra clarum solem ueritatis catholicæ nihil posse, ideo flat in pulueres, ut nebulam ante oculos tuos & tuorum faciat, ne amplius uideatis lumen ueritatis catholicæ. Et in hac nebula proponit uobis operarijs subdolis, meras erroris faces, ut uos & uobis credentes seducat.

Quia autem placet uobis impijs uestræ perfidiæ error, ideo scripturas undecunq; corraditis, ut uestræ insaniæ adaptatis, crinibusq; illaç pertrahitis. Et iniquitate, qua uos laboratis, alijs imponitis, quo ingenio diabolico fucũ ũræ perfidiæ quęritis. Non assistit autem Christus tantis impostoribus, quapropter frustra petis sathanam sub pedibus uestris calcari, cum is pleno iure uestris dominetur capitibus, & uos illi tanquam pseudoprophetæ & operarij subdoli, nec non ut magistri mendaces, illi strennue militatis & seruitis.

Quod autem pręcaris, ut Christus uelit oẽs Papistas custodire à seductione sui tyranni & anti-

antichristi,hoc est Papæ,ostendis odium & liuorem,quibus laboras in summum Pōtificem, eò q͛ te percellit & punit anathematis mucrone,sicut deus sathanam igni gehennæ.

Sub libertate Christi quæ est libertas spiritus,sunt qui sub Papa,Christi uicario,militant, quam libertatem spiritus,tu das in occasionem carnis,quando doces ea quæ repugnant doctrinæ ecclesiæ catholicæ, quę placent, mūdi & carnis amatoribus,qui nullius diei respectum habent,nec alicuius temporis.

Qui autem fornicantur cum Iesabel Vandalica , hoc est cum perfidia Lutherana, uideant quid eis minetur scriptura Apoca .2. quæ de Iesabel sic loquitur:Ecce ego mitto eam ī lectum, & qui mœchantur cum ea,in tribulatione maxima erunt,nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint.Et filios eius interficiam in mortem , & scient omnes ecclesiæ,quia ego sum scrutans renes & corda,& dabo unicuiq; secundum opera sua.Sed gloriatur Lutherus se suam doctrinam de cælo habere,seq; cu[illegible]is certos esse,q͛ deus sit cum eis ratione [illegible]dei,at scrībitur Iacobi 3. Nolite gloria[illegible]daces esse aduersus ueritatem.

Horum [illegible]m,ut ibidē dicitur,sapiētia nō est desursum descendens à patre luminum,sed terrena,animalis,& diabolica.&c.

Et sequitur.Quæ autē desursum est sapiētia,

 primum

primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis: an autem talis sit doctrina Lutherana, quæ incestum docet fornicarium, & illum practicat in exiticiis monachis laruatis & coniugatis iudicent qui uelint, quando res in propatulo est, & aperta nimis. Lætantur quippe huius doctrinæ alumni in factis suis, & quid de eis dicam. Nisi quod lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis?

Vides tandem candide & pie lector, quã nihil possint Lutherani, Norici sint siue Vandalici contra anabaptistas, quia suis figmentis agũt non doctrina catholica: quę sola omnem impietatem euacuat & expugnat errorem, à qua catholica doctrina deficiens & desciscens utcunque se scriptura agere dixerit, impius inuenitur, ꝓpter quod dicit Psal. Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, quos pulueri comparat quẽ proiicit uentus à facie terræ. Sola etenim doctrina catholica stabilis est, quando uaria & peregrina tandem euanescit & redigitur in nihilum, Christo domino qui ueritas est, ueritatem manu tenente semper, cui laus sit & honor & gratiarum actio, nunc & in perpetuum Amen.

SOLI DEO GLORIA.
Et pax ecclesiæ eius.